ſus eſt dãnum debet contribuere vna
cum alijs: ⁊ ſoluere partem ſuã. Item
2 † ſi ciuitas imponit collectam pro ſol⸗

a ¶ No. hunc caſum. adde his que dixi poſt Bar. in. l.
iij. §. ſi actor. ſ. de re iudi. per Io. an. in. c. non minus
de immu. eccle. ⁊ aliquid ꝑ Imo. hic ⁊ per Pe. de an.
in cle. preſenti. de cenſi. ⁊ per Io. an. ⁊ alios in. c. per⸗
uenit. de immu. eccle. ⁊ late per domi. Abb. in. c. ecce⸗
dentes. de
preſcripti.
Specu. in
ti. de cenſi.
§. ij. ver. qd
ſi vniuerſi⸗
tas. per
Guilel. de
cug. ⁊ bal.
in. l. ſi vn⁹.
§. ⁊ genera
liter. ſ. de
pact. ⁊ per
Bald. in. l.
etiam in vl
ti. colũ. C.
de exe. rei
iudi. ⁊ pla
cet concor⸗
dia imole.
hic ⁊ vide⸗
tur nota. ꝑ
Bart. pul⸗
chre. in. l. ſi.
C. de apo⸗
chis publ.
lib. x. et ali
quid ꝑ ro⸗
ma. i. l. iiij.
in princi. ſ.
de re iudi.
⁊ adð bar
to. in. l. mu⸗
nerum. §.
ſi. de mu. ⁊
ho. ⁊ ad no
ta. ꝑ Bar.
hic adde
Paulũ de
ca. in. l. au⁹
in fin. ſ. de
pact. adde
Paulũ de
ca. hic qui dicit Spe. in ti. de cenſi. tenere contrarium
⁊ Io. an. in. c. non minus. de immu. eccle. de quo vide
etiam eius conſi. cxxxiiij. ⁊ dictum Spe. ſequit̃ Pe.
de anch. conſi. cclxi.
b ¶ Si titio ita. ad iſtum tex. vide bal. in. l. plautius. ꝟ.
de condi. ⁊ demon.
c ¶ Facit ad. q. idem conſuluit bart. in conſil. ſ. ꝙ inci⸗
pit continetur ſtatuto qð ſi dãnum dat̃ ⁊c. ⁊ ſequit̃
Ang. hic ⁊ Io. an. de cẽſi. §. ſ. ad ſi. ⁊ adde qð no Io.
an. in. c. cum non deceat de elec.
☙ Andre. Pom. ¶ Item iſte. §. facit ad. q. vide iſtũ tex.
in. l. ꝙ heredi. §. plautius. ⁊ ibi hoc no. bar. ff. de cõdi.
⁊ demõ. ⁊ no. ad qõnẽ quã ponit alex. in. l. ſenat⁹. §. ſi.
ſ. e. ⁊ feli. i. c. accedẽs i. ix. co. N. vſ. cõcluſio de ꝑſcript.

uẽdo debito ciui ſuo quod etiam ille
3 ciuis cõtribuet. Item † facit dicit ſtatutum quod condemnatione facta de conſiliariis qui non veniunt ad conſilium diuidatur inter eos pena. certe ille qui eſt cõdemnatus habebit partem.
4 Item facit † dicit conſtitutio[a] q̃d
a canonicus non admittatur ad prebẽdam: niſi det fructus primi anni canonicis: certe qui dat admittitur ad
b partem per iſtum. §. Item commiſſa[b]
5 fuit electio pluribus. † an poſſunt eligere vnum ex ſe quod dic: vt not. in. l. plane. ſ. quod cuiuſq; vniuer. ad predictas. q. facit quod not. Iaco. de are. in. l. amiciſſimos. §. lucius. ſ. de excu. tu. facit quod no. per Guil. in Specu. de cenſi. §. nunc dicendum. ver. ſed q̃d ſi damnum.
4 Item no. ſi. huius. §. † q̃d quando duo ſunt inſtituti equaliter in teſtamento: et eſt adiecta clauſula quod valeat iure codicillorum: quod ipſi inuicem aliquid non poſſint petere, quia tantum deberet vnus dare quantum recipere: quod dicam in. l. ſi quis ſeruum. j. de condi. ⁊ demon.

1 ☞ Conditio tacita vel expreſſa que tacite inerat non impedit tranſmiſſionem.
2 Conditio ſi heres non erit quod non dicatur impleri in actu moriendi ſed eo perfecte mortuo.
3 Conditio adiecta in inſtitutione videtur repetita in legato quando relictũ fuit a primo gradu inſtitutorum.

**Cum quidam.** Cõditio adiecta in inſtitutione non videtur repetita in legato eidẽ ab alio gradu relicto. h. d. Vel
1 dic † quod conditio tacita vel expreſſa que tacite inerat tranſmiſſionem non impedit. h. d. Oppo. legatario mortuo ante exiſtentiam conditionis legatũ non trãſmittitur: vt in. §. ſi autem aliquid. C. de cad. tollen. ſ. eo. l. cum filio. Sol. hic erat conditio tacita. nam non poteſt legatum deberi a ſubſtituto niſi ſit heres. et ſi expreſſa non releuat quia eſt expreſſio eius quod tacite ineſt: vt. l. iij. ſ. eo. Oppo. de. l. filio. cũ glo. ſua. ſ. eo. ſol. conditio iſta ſi heres non erit: ibi dependet ex volũtate heredis: quia erat inſtitutus pure. ideo facit conditionale legatum: hoc nõ depẽdet ex voluntate heredis: quia erat inſtitutus ſub conditione. ſ. quãdo mater decedet. Sed contra: quia text.
2 in ſi. videtur dicere † quod iſta conditio ſi heres non erit moriendo impleatur. Idem in. l. ſi. j. quando di. le. ce. ergo tranſmiſſionẽ non impedit. cuius contrarium dicitur in glo. in. d. l. filio. ſolu. vt dicam in. l. miles. §. pro parte. j. ti. j. nam credo quod iſta cõditio in actu moriendi non impletur: ſed eo perfecte mortuo vt. d. glo. ⁊ ita intelligo hunc tex. per. d. l. miles. §. pro parte. j. ti. j. tamen quia tacita conditio inerat nõ im-
3 pedit tranſmiſſionem. Opp. conditio † adiecta in inſtitutione videtur repetita in legato: vt. l. ſi. in ſi. de doli except. et de conditio. et demonſtra. l. auia. ergo hic legatum non fuit purificatum per mortem ſi mater teſtatoris viuebat. Solu. ibi fuit relictum legatũ a primo gradu inſtitutorum hic ab alio gradu. quod no. Opp. de. l. ſi nemo. ſ. de teſta. tu. So. hic legatum non pendet ex inſtitutione: imo ex defectu inſtitutionis pendet ex ſubſtitutione. Opponi. j. ti. j. l. ſi pecuniam. §. j. Glo. non ſoluit. ſolu. quod hic nõ erat relictum legatũ poſt mortem alicuius: ſed inſtitutio fuit collata poſt mortem. quod non videtur repetitũ in legato. vt. ſ. dixi.

**Si ſocero.** Heres inſtituit fideicommiſſum deducto eo quod ſibi debet. hoc dicit.

**Legatum.** Qui legat quod alius ſibi debet videtur legare actiones. h. d.

**Si in teſtamẽto.** Oratio imperfecta perficitur ex preſumpta voluntate.

1 ☞ Executor teſtamenti poteſt a legatariis conueniri.
2 Executor quod teneatur cauere.

**Si a pluribus.**[c] Legatarii poſſunt cõuenire omnes heredes pro hereditaria portione: vel eum heredem qui factus eſt executor inſolidum. h. d. Duo habes † primo quod executor poteſt conueniri a legatariis. quod dicam. j. tit. j. l. ſi quis titio. ſecundo habes † quod executor cogitur cauere. dicam in. l. diuus. j. ſi cui plus quam per. l. fal.

**Si qui ſeruum.** Dic vt in gloſ.

1 ☞ Legatarius quando teneatur dare equum heredi vt vadat ad perquirendum ſeruum.

**Si ſeruus.** Seruus qui fugit poſt teſtamentum ante mortem debet proſequi ſumptibus legatarii. h. d. licet impenſe ſint legatarii: tamen onus et

a Dicit conſtitutio. ⁊ idem tenẽt Dy. ⁊ Ange. hic: ſed Bal. contra. tu concorda vt hic per Imo. Adde Io. an. in addi. ad Specu. in titu. de cenſi. §. j. vbi allega. Marti. de fano. ⁊ Dy. hic et de deſcripto in collegio perſoluit aliquid an debeat habere partem. vide Io. and. in addi. Spec. in rubꝛi. de ſolutionibus.

b Item cõmiſſa. Qñ eſt commiſſa electio a pluribus: an poſſint vnum ex ſeipſis eligere. adde quod dixi. ſ. de autori. tut. in. l. j. ⁊ vide nota. p Spe. i ti. de feu. in prin. ⁊ in ti. de ſyndico. §. j. ver. ſed quid ſi ſi commiſſo. in. iiij. colum. dicit tamen Inno. in. c. cũ in iure peritus. de elect. quod vbi requireret omnium concordia in electiõe nõ poſſent vnum ex ſe ipſis eligere: ſecus ſi ſufficiat minor pars eligentium. Archid. conſuluit et dicit eſſe vtile quod qui eligitur non deponat vocem ſuam per modum electionis: ſed per modum cuiuſdam conſenſus accedentis electioni aliorum: ita no. ipſe. viij. queſtio. j. qui epiſcopatum. et vide no. in. l. ſi tibi mandauero. §. ſi tibi centum. ſ. manda. et ad. q. Barto. adde Cyn. Dy. Ray. et Imo. per illum textum in. l. qui heredi. §. ſi. j. de condi. ⁊ demon. quod not. in ca. Ja. de ſimo. ⁊ vide que no. per Bald. in. l. ordo. in ij. colum. de execu. rei iudi. ⁊ an quis poſſit eligere ſeipſum vide per Ioã. an. in regula in toto in merc. et Paul. de leaza. in commẽto capituli nullus in. iiij. q. de elect. adde quod conſuluit Abb. conſilio. xxv. et xxxvj. lib. ij.

c Si a pluribus. vide pro intellectu huius. l. eundẽ in. l. neminem. j. ti. j.



ſollicitudo eſt heredis ſm glo. in. l. cum ſeruus. ſ. eod.
1 Quero † ergo vtrũ legatarius debet dare equũ heredi vt vadat ⁊ perquirat pro ſeruo. r̃n. hoc eſt faciẽdum ſm perſonam ⁊ qualitatem heredis vt ſupra man. l. idemq;. §. idem labeo. ⁊ ibi no.

1 ☞ Due cauſe lucratiue que habuerunt originẽ in perſonis diuerſorum poſſunt in eadẽ re concurrere.
2 Debitum dño ex facto ſerui poteſt ſolui ſeruo.

**Si id quod in teſtamento.**

1 † Due cauſe lucratiue que habuerunt originem in perſonis diuerſorum poſſunt in eadem re concurrere. hoc dicit. Oppo. inſtitu. eo. §. ſi res. Solu. glo. quod hoc eſt verum niſi in rem meam ſit verſum vel ratum habuerim. Iſtud dictum eſt verum quando ſeruo meo ſoluitur vt dicitur in fine huius. §. Sed quando quis donat ſeruo meo: tunc indiſtincte poſſum petere mihi legatum: vt hic innuit in princi. §. in
a eo quod dicit maxime[a]. probatur hoc per rationem quia iſte ſunt due cauſe lucratiue que habent originem in perſonis diuerſorum: merito poſſunt concurrere vt. l. quid ergo. §. primo. ſ. eodẽ. ⁊. l. ſi is. de act. et obli. ⁊ facit. ſ. eo. l. plane. §. primo. et quod ibi not. et hoc tenet Pe. in. l. qui pupille. C. de neg. geſt. Oppo. ⁊ videt quod ſeruo poſſit ſolui. vt. l. quod ſeruus. ſupra de depo. ⁊. ſ. de pactis. l. ſi vnus. in princi. Solu.
2 illud † quod debetur domino ex facto ſerui poteſt ſeruo ſolui vt in contrariis. ⁊. l. ſi ſeruus. infra de ſolu. ſed quod mihi debetur non poteſt ſolui ſeruo. et ſi ſoluatur non continget liberatio niſi dominus ratũ habeat vel in rem ſuam vertatur vt hic dicit text. et glo. Oppo. quod ſtatim cum datur ſeruo acquiratur domino: vt. l. acquiritur. infra de acquiren. re. do. ſolu. dicit Dy. intellige quod peruenit ad vtilitatem domini vere ⁊ realiter: nõ intelliges de illa acquiſitione que a iure ſit. quod no. bene.

**Cum homo.** In legato generali legatarii eſt electio. hoc dicit. No. q̃ qui habet electionem actionis habet electionem rei quod dixi vt dixi in lege legato generaliter. ſupra eodem.

1 ☞ Incertitudo que venit certificanda ex futuro euentu non vitiat legatum.
Alternatiua incertitudinem inducit.

**Huiuſmodi.** Poteſt legari vni ex duobus qui prius conditionem impleuerit. h. d. Op. quod incertitudo † vitiet legatum vt. l. ſi domus. §. j. ſ. eo. ⁊. l. cum poſt. §. gener. de iure do. ſed hoc eſt incertum quia alternatiua inducit incertitudinem vt. l. pretor. §. quod autem pretor ait. de iniur. ſolu. iſta incertitudo venit certificanda ex futuro euentu. et ſic non ob. ad idem. l. ſi fuerit. de re. du. et inſti. de leg. §. incertis. Oppo. de. l. ſi ſeruus cõmunis ita. de ſtipu. ſer. Solu. ibi in ſtipulationibus que non poſſunt eſſe in pendẽti. legata vero poſſunt pendere antequam dies eorum cedat: vt. l. ſi. ſ. communia prediorum.

**Stichum.** Due cauſe lucratiue non poſſunt cõcurrere circa idem niſi ex altera aliquid abſit ex ipſa re vel eius occaſione. h. d. de hoc vidiſtis in l. non quocũq;. ſ. eo. dicã in. l. meuius. §. duobus. j. ti. j. que no. bene.

1 ☞ Dictio amplius: quando facit cõparationem actus ad actum non inducit repetitionem. ſecus ſi rei ad rem.
Dictio plus: idem importat q̃d dictio amplius.
2 Poteſtas ſi tenet ex forma ſtatuti qñ cõdemnauit aliquem plus quam debuerit tempore ſyndicatus ſi cõdẽnauit indebite in tota ſumma etiam tenetur.
Minus dicitur etiam quod nihil eſt.

**Si ita ſcriptum.** Dictio † amplius ſi facit comparationẽ actus ad actum: non inducit repetitionem: ſed ſi rei ad rem: tunc repetitionem inducit, ſi repetitur quid repetat. h. d. cũ. §. ſeq. Op. j. ti. ij. l. ſi tibi pure. ⁊. ſ. e. l. legata inutiliter. in princi. So. dictio hoc: tollit contrarium vt dicit glo. ⁊ bene dicit. Declaro verbum amplius poſitum ſimpliciter cum ſit aduerbium refertur ad ipſum verbum ⁊ hoc importat: amplius lego tibi centum. hoc eſt amplius vtor actu legandi. ſicut ſi dicerem ego cucurri: amplius curro: ſed quando apponitur dictio hoc: tũc cõparatiuum amplius facit comparationem rei ad rem: ⁊ hoc importat legaui titio fundum. hoc amplius ſeio. x. hoc eſt amplius illo fundo lego ſeio. x. Idẽ ſi dicerem eo amplius: vt. l. lecta. ſ. ſi cer. pe. Idem ſi dicerem amplius q̃ centum que tibi legaui lego titio. x. ita loquitur. l. qui ita. de do. preleg. vñ ibi apparet q̃d facit cõparationem rei ad rem: licet glo. hic in ſi. ad dictam. l. qui ita. det aliam ſol. quam plures doctores tenent. ſed truffa eſt: qꝛ non h̃z rationem in ſe. ⁊ ſol. precedens eſt euidẽtiſſima ⁊ clara: qꝛ eodem modo poteſt preiudicare teſtator legatario ſicut heredi. Op. de ſe. ver. nam ⁊ vſuratum. Sol. ibi nihil dꝛ vtrum inducat repetitio vel non. dic ergo vt ex predictis apparet. Oppo. ad predicta de. §. ſi ei cui. qui ſtatim ſequitur. Sol. ibi nihil reperit: quia non inuenit qui repetat.
2 Quero † quid ſi teſtator nõ eſt vſus
b verbo amplius ſed verbo plus[b]. R̃n. idem importat. tex. eſt. j. ſi cui plus quã
3 per. l. falci. l. j. in princi. Iſtud facit † ad q. ſtatutum eſt hic q̃ ſi poteſtas condẽnauit aliquẽ plus quã debeat teneat ei reſtituere tẽpore ſyndicatus: contigit q̃d quẽdã dãnauit indebite in tota ſumma: an ex illo ſtatuto poſſit cõdẽnari. Et vr̃ q̃ nõ qꝛ ſtatutũ loquit qñ in aliq̃d cõdẽnauit debite. Cõtrarium eſt verũ: quia tunc facit comparationẽ qñ reperit aliq̃d ad q̃d cõparet: vt hic. ⁊ tex. in

a Dicit maxime. Sed ob. multũ tex. l. ſi mihi et tibi. in pri. ſ. eo. dic vt ibi p Bar. ⁊ cõ intellectũ Barr. hic vid Iaco. de bel. inſti. eo. §. ſi res aliena. in ſi. ad de Bar. in l. iij. in ſi. ſ. ſo. ma. adde an executor poſſit a creditoribus cõueniri paul. de ca. cõſ. clvij. ⁊. l. ſeq.

b Verbo plus. De verbo plusq̃ ſtet cõparatiue. ⁊ qñ nõ facit. l. ſi. C. de her. inſtituend. ſi verbo reſiduũ. l. vxori. i pñc. cũ ibi no. C. de le. vbi appellatione ptis venit torũ.

Adde ſ. pau. de ca. q̃ ang. refert fuiſſe cõſultũ florẽtie q̃ dictio iſup nõ ſit repetitiua allegat de here. c. quicunq;.

a ¶ Vltimo. Jaco. de are. τ vide do. Per. in. c. iudicā/
te. de teſta. Andre. barba.
¶ Jaco. de are. No. q. quando vir legat vxori frumē
tum qd habet in domo: τ illud viuens cōſumpſit τc.
et idem tenet hic Ange. ſi aliud frumentum teſtator
ſurroga= uit. ſecus ſi nō per mo/ dum ſurro gationis a/ liud fuit re poſitum. l. ſi ita. de au ro τ argē. lega. ſcdm eun. Adde τ intellige ſm Paul. de ca. hic. τ Bal. in. l. ſi ita. j. de au ro τ argē. leg. qd fru/ mētum de/ betur vſqꝫ ad concur/ rentē quā/ titatem nō vltra.

b ¶ Qui margari= tam. Per iſtum text. dicit Bal. in. l. prima. ad finē. C. vt act. ab here. qd ſi teſtator di/ cat lego poſt mor/ tem Titij. videtur le/ gare here/ di titij qd no. τ idem Bal. in au ten. ſi quā/ do de con/ ſtitu. pecu. iſte tex. eſt vnicus qd in vltimis voluntati/ bus imper ſonalitas ierat. quia
refertur ad heredem vniuerſalem adde tamē quod
ſi teſtator dicat dico me non eſſe dominum talis rei
et ita iuro quod poſtquam eſt ita perſonalis cōfeſſio
nil relenat ſcdm Bal. in aut. qd obtinet. C. de proba/
tio. ar. l. filius. §. diuus. j. eo.

l. j. §. hec verba. j. ſi cui plus quam per
legē falcidiam. pro hoc facit quod di/
cimus in dictione minus: nam etiam
quod nihil eſt dicitur minꝰ: vt. l. illud.
verſicu. de tribu.
1 ☞ Libertas data directo ſeruo alie
no non valet.

**Si ſeruus.** Vtile legatū per inutilem liberta/
tis dationem non vitiatur, hoc dicit.
1 ¶ Nota † ꝙ libertas data directo
ſeruo alieno non valet: nec trahit ad
fideicommiſſum. ¶ Contra hoc op=
po. de. l. cogi. §. ſi pater. verſi. ſed ſi ſer=
uo. j. ad trebel. Sol. hoc quod dicitur
hic procedit regulariter: fallit in caſi/
bus not. ibi in. l. ſeruo. C. de manu. teſ/
ta. ¶ Oppo. j. titu. j. l. ſi quis quos.
Solu. vt ibi. ¶ Opp. de. l. iij. §. fi. de
fun. inſtru. Gloſ. ſol. vt hic per eam. tu
dic vt dixi ſupra eodem. l. ſeruum filij
§. ſi idem ſeruus. ¶ Oppo. inſti. qui.
mo. teſt. infir. §. j. τ inſti. quib. mo. tol.
obli. §. preterea. Gloſ. non ſolu. dic qd
ibi non erat omnino inutile vt ibi pa/
tet. τ per Dyn. in. c. vtile per inutile. de
regu. iur. lib vj.
1 ☞ Demonſtratio falſa adiecta rei q̄
non repetitur vitiat legatum.
2 Contrahentis intereſt non decipi in
quantitate eorum que proferuntur.
3 Teſtator ſi legat vxori frumētum qd
habet in domo ſi ſuperuiuens illud
conſumpſit τ aliud repoſuit in domo
illud debetur.

**Qui quinqꝫ.** Defectus de/
monſtrationis
per quem deficit ſubſtantia legati le=
gatū perimit. h. d. vel ſic. Demonſtra/
1 tio † falſa adiecta rei que non reperi/
tur vitiat legatum. h. d. ¶ ¶ Oppo.
ſ. de ac. empt. l. ſi quis eum. Dicit glo.
ibi affirmauit certa dolia eſſe: qd non
placet: quia hic affirmauit certā quā=
titatem eſſe. Solu. ergo alio modo ꝙ
ibi in cōtractibus: hic in legatis. Iſta
2 eſt vera ratio: qꝛ intereſt † cōtrahētis
nō decipi in quātitate eorū que profe/
runtur. ¶ Opp. de. l. heredes. §. fi. ſ.
fa. erciſcun. dicit glo. ſol. vt ibi: quia ibi fuit relicta vt
quantitas: hic vt ſpecies. ¶ Item oppo. de. l. fina. in
prin. j. de vino tri. τ ole. leg. Solu. vt ibi. ¶ Ad cuius
materie declarationē aduertēda ſunt verba teſtōris:
aut in primo reliquit quantitatē poſtea per relatiuū
quis vel qui deſignat vnde debeat ſolui: et videt reli
ctum vt quantitas: vt. l. quidā. in princ. ſ. eo. et ibi di/
xi. Idem ſi reliquit ſummam τ adiecit locum vbi eſt
per hoc nomen quanti: relatiuū quātitatis: iſtud pro
bat tex. cum gloſ. in. l. hec venditio. §. pe. ſ. de contra/
henda emptione. ¶ Opponitur de. l. ſi ita ſtipula=
tus fuero hancꝰ ſummam. de verbo. obliga. Solu. vt
3 ibi. Vltimo Jaco. † de Aret.ᵃ inducit hunc finem in
a arg. vir legauit vxori ſue frumentum quod habet in
domo: τ ſuperuiuens illud conſumpſit: et aliud repo
ſuit: an illud aliud quod reperitur tēpore mortis de/
beatur. Jaco. de Are. dicit arg. ꝙ ſic. vt hic in ver. qd
ſi mortis. do. old. allegat de libe. le. l. fi. facit. l. lucius
in princ. j. titu. j. τ. j. de condi. τ demon. l. filie pro hoc
facit glo. ſ. ſol. ma. l. fructus. vbi fructus vltimi anni
ſuccedunt in locum fructuū primi. facit quod dixi in
l. ſi ita. de auro τ arg. leg.

**Si ſeruus.** Poſt morā hrdis res legata eſt ī
periculo eius. h. d.

**Cum quid.** In legatis: τ fideicōmiſſis dolꝰ
τ culpa venit ad ſimilitudinē cō
tractuū bonefidei. h. d. hoc dixi in. l. cū res. §. j. ſ. e. gl.
querit vnam. q. dic vt in ea.

b **Qui margaritam.** ᵇ Lꝫ verba legati
referantur ad de=
bitorē actio cōpetit cōtra heredē cui in dubio vr̄ onꝰ
impoſitū. h. d. ¶ No. bn̄ caſum ver. nō aūt mirandū.
¶ Opp. de. l. ſi pecunia. §. j. ſ. eo. ſo. a debitore pōt re
linqui fideicōmiſſum ſi hoc agnoſcit: vt ibi: alias he=
res tenet cedere actionem: vt hic. ¶ Op. de. l. eā quā
C. de fideicom. gl. non ſol. dic quod ibi hereditas nō
fuit adita per heredem. vel aliter vt ibi ſm diuerſas
lecturas.

**Aufidius.** Onus de mutuando alicui iniun
ctum valet. h. d. quando autem de
beret reddi. dic vt dixi in lege ſi penam. j. de verborū
obligatio.
1 ☞ Verba debēt intelligi vt aliquid operētur.
2 Ius accreſcēdi non hꝫ locū in contractibus.
3 Confirmatio donationis facte per virū vxori que fit
expreſſe per legatum quando habeat vim legati vel
fideicommiſſi.
4 Clauſula confirmo hoc ſi valet de iure vel admitto
inquantum de iure debeo quod aliquid non rele=
uat.

1 **SI quando quis.** Verba † de=
bēt intelligi vt
aliqd operent. h. d. Facit. ſ. de vſu. l. ſi ſtipu
latus. τ ad municip. l. j. in fi. Op. de. l. ſtipu
latio iſta. §. eum qui. de ver. ob. gloſ. non ſo. Dyn. dicit
quod hic in vltima voluntate in qua fit interpretatio
fauorabilior. quod ſatis placet: nam verba que ibi p
feruntur ſi proferantur in vltima voluntate: ille qui
admittitur ad partem haberet totum per ius accre=
2 ſcendi. quod † ius non habet locum in contractibus.
¶ Op. de. l. qui ſic. de ver. ob. Sol. ibi ſequens ſtipu
latio aliqd operat. ſ. nouationē q̄ hꝫ multos effectus.



a ¶ Quero vtrūᵃ illa cōfirmatio † que fit expreſſe ha/
3 beat vim legati vel fideicōmiſſi: an vero equiparet
donationi inter virū τ vxorē. que morte tacite cōfir=
matur. inter hec enim eſt differētia magna vt no. i. l.
res. C. de do. inter vi. τ vxo. Rn̄. de hoc eſt tex. in. l. ex
verbis. C. de do. inter vi. τ vxo. tn̄ gl. illud inuoluit.
ideo dic aut teſtator dicit lego vel fideicōmitto: τ va
let vt legatū τ fideicōmiſſum vt hic: τ videt recede/
re a donatione vt. l. illud. de acqui. here. aut dicit cō/
firmo vel vxor mea habeat τ ſimilia verba dubia. τ
tūc in coᵒ qd fuiſſet tacite cōfirmatū per mortem vꝫ
vt donatio nō vt legatū. vt. d. l. ex verbis. In eo vero
qd nō eſſet tacite confirmatū per mortē vt ſi excede/
bat legitimā ſummā tūc valeret vt fideicommiſſum
vt. l. donationes. in fi. C. de do. inter virū τ vxo. q̄ pro/
b bat vtrūqꝫ mēbrum. ¶ Vltimo no.ᵇ ver. † alioquin
4 in argu. ad ea que tota die fiunt. iudex dicit confir/
mo hoc ſi valet de iure vel admitto inquantum de
iure debeo qd aliquid non releuet vt hic: de hoc dixi
aliquantulum in. l. iudex. j. de re iudi.
1 ☞ Facultas ſoluendi aliud pro alio tranſit ad ſin=
gularem ſucceſſorem.
2 Legato fundo τ ſi nolet dare fundū debeat heres
dare centum: tale legatum non dicitur alternatiuū.
et numero. 3.
In obligatione alternatiua: libellus τ ſententia ſunt
alternatiue.
3 Dominium in legato alternatiuo non tranſit niſi a
tempore electionis.
4 Practica in materia huius. §. eſt quod non ferantur
due ſententie ſed vna.
5 Actio ex teſtamento licet ſit ſtricti iuris habet tamē
inſtar bonefidei.
6 Facultas ſoluendi quando perimatur litis cōteſta/
tione vel donec agatur iudicati: ſi vnum eſt in obli=
gatione aliud in ſolutione ex diſpoſitione contrahen
tis vel teſtatoris.

a **Heres.** Facultas † ſoluēdi aliud pro alio trāſit
ad ſingularem ſucceſſorem. h. d. ¶ Op
po. hic innuit tex. qd fundus petebatur. vt ibi fundi
perſecutionē τc. τ ibi ſi fundus nō preſtetur. contra
in obligatione alternatiua libellus debet eſſe alter/
natiuus: τ ſententia alternatiua vt. j. de verbo. obli.
l. vbi autē. §. qui illud. τ inſti. de act. §. curare. Solu.
2 intellige † hoc qn̄ fundus fuit relictus τ ſi fundū nol
let dare deberet dare centum: ita exponit Dy. Jaco.
de are. τ Pe. τ ſic ſolus fundus erat in legato: pecu/
nia erat in ſolutione. Ex hoc ſequitur quod glo. j. hu/
ius. §. que intelligit hoc legatum eſſe alternatiuum
non bene loquitur: nec in tex. procederet. ¶ Oppo.
ſm hoc ſi fundus tantū erat in legato: poteſt heres
partem fundi ſoluere. vt. j. de ſolu. ſi ſtipulatus. §. j. ſꝫ
hic dicitur contrarium. Reſpon. illud verum quādo
ſpecies eſt in obligatione ſimpliciter et in ſolutione
nihil aliud. ſecꝰ ſi eſſet ſpecies in obligatione: τ quan
titas in ſolutione vel econtra vt hic: τ. l. antepenulti.
ſ. ſi ex nora. cauſa ag. τ hoc per rationem ne perue/
niatur ad illud inconueniens: quod pars ſoluatur in
re: pars in eſtimatione. contra. l. in executione. §. pro
parte. j. de verbo. obli. τ. ſ. de cōdi. inde. l. ſi non ſortē.
3 §. fi. r. ¶ Oppo. † in legato alternatiuo non tranſit
dominium niſi a tempore electionis vt. l. huiuſmodi.
§. ſtichum. τ ibi not. ſ. eo. τ. l. apud au/
fidium. j. de opt. le. ergo hic nō poteſt
fundus vendicari anteqꝫ per eū qui
debet eligere eligatur. Rn̄. vt dixi hic
non fuit legatū alternatiue: ſed fuit le
gatus fundus lꝫ pecunia eſſet in ſolu
tione ſi nollet fundū ſoluere. qd not.
trāſit enim dn̄ium rei legate ſimplici=
ter lꝫ aliud ſit in ſolutione: nec poteſt
dici qd hic nō agat rei vendicatione:
ſed hypothecaria: nā tūc nō eſtimare
tur fundus: vt in fi. l. dicit: ſed liberare
tur quis ſoluēdo id qd petit: vt. l. pau/
lus. in fi. ſ. qui. mo. pig. vel hypo. ſolu.
4 ¶ Quero † practicam huius legis.
Rn̄. quidam qd debēt ferri due ſnie:
vna de preſtādo fundo. alia ſi fundus
nō preſtet de preſtādis cētū: qd gl. nō
tenet: τ bn̄: qꝛ illud habet locū in arbi
trarijs: ſꝫ in actionibus bonefidei nō
ferunt due ſnie: vt not. dicit glo. in. l. j.
5 in. j. gloſſ. ſ. de ac. emp. Sed † actio ex
teſtō lꝫ ſit ſtricti iuris hꝫ inſtar bone=
fidei: vt in minorū. C. in qui. cau. in in/
teg. reſti. nō eſt ne. τ not. j. l. pri. τ ideo
dicit glo. qd ante ſnīam interrogabit
q̇d velit dare: ſi rn̄derit de fundo: con
dēnabit in fundo: als in quātitate. vi
de glo. τ no. Similiter no. in gl. in. d. l.
j. in prin. ſ. de ac. emp. facit qd not. i. l.
ij. §. itē ſi in facto. j. de verbo. obliga.
6 ¶ Sed cōtra hoc † opp. qn̄ vnū eſt in
obligatione aliud in ſolutione per lit.
conteſt. permittitur facultas ſoluēdi.
vt. l. ſi quis ſtipulatus fuero. x. in mel=
le. j. de ſolu. rn̄. illud verum qn̄ vnum
eſt in obligatione aliud in ſolutione
ex diſpoſitione contrahentis: ſecus
ſi ex diſpoſitione legis: tunc enim

a ¶ Quero vtrum. Si donatio inter coniuges teſta=
mento confirmatur an poſtea petatur vt legatū. v/
de Bal. in. d. l. ex his verbis.
b ¶ Vltimo nota. No. practicam qua vtuntur iudices
dū dicunt admitto ſi τ inquantum quia nihil opera
tur. adde qd no. bar. in. l. et ſub cōditione. de auto. tu to. τ ibi ſcripſi et ad iſta vide not. in. c. cū contingat. de offi. de= lega. ope= rat tamen hec clauſu la vnum vt in. l. quidā conſulebat de re iudi. τ adde no. per Bart. in. l. ambi= tioſa in pe. col. de de/ cre. ab or/ di. fa. et de hac practi/ ca vid bal. i. c. j. §. hec quoqꝫ. de ſuc. feu. ſed quid de cō firmatiōe. vide hic p Jmol. cui adde qd li cet confir/ matio ī for ma cōmu/ ni non tri/ buat ius tribuit ta/
men cauſam preſcribendi ſecundum Abbatem an/
tiquum in. c. dudum. de deci. facit quod not. Bald.
in. l. j. C. fin. reg. τ Angel. in. l. poſt mortē. per gloſſ. ibi
ſupra de adop. vbi vult quod titulus nullus dat cau
ſam preſcribendi: τ ad practicam de qua per Barto.
hic vide allega. per Roma. in. l. j. ad finem. ſ. de arbi.
τ adde quod iſta clauſula non iuuat in penalibus
ſm Barto. in. l. ij. in fine. C. de epiſco. audi. iuuat ta=
men in iudice deferente appellationi ſm Bartolum
in. l. edita. in. xxxj. colum. de eden. ſecus in non iudice.
vt ibi per eum. dicit etiam Bal. in. l. j. in. j. col. C. quō
τ quādo iud. quod ſi dico admitto poſitionē ſi τ in=
quantum intelligitur. ſꝫ de iure. τ ad Barto. hic ad/
de Jmol. in. l. iudex poſtqꝫ ad fi. de re iudi. τ de iudi/
ce admittente ſi τ inquantum de iure tenetur. vide
Ange. in conſi. clxxx.

p̄ecluditur via ſoluendi donec agaꝛ
iudicati:vt.l.item veniūt.§.idem re
cte.de peti . here . ſed hic eſt vnum in
obligatione: aliud in ſolutione ex vo
luntate teſtatoris:que.l. eſt. vt in auf.
de nup.§.diſponat. ⁊.ſ. ad legem fal. 3
l.j.in prin. Sed cōtra hoc oppo. quia
etiā qn̄ ex diſpoſitione teſtatoris vnū
eſt in obligatione aliud in ſolutione
per lit.conteſt . p̄ecludiꝛ via ſoluendi
vt.l.j.§.itē ſi ita.ſ.ad legem falci.⁊.l.j.
de pe.le.quādo di. leg. ce.l.ſi penum.
Rn̄ . illud verū quādo vnū relinquiꝛ
principaliter aliud adijcitur in ſolutio
ne penaliter:hic vero non in penā:ſed
in fauorē heredis fuit inductum: vt ſi
fundum nollet ſoluere poſſet ſoluere
centum . Quando autem cognoſcaꝛ
vtrum ſit in penam vel nō.dic vt.ſ. de
his que pene nomine.l.ſi. ¶ Ultimo.
not.practicam que hic ponitur in glo.
ad ea que dixi in.l. eum qui certaruꝫ.
in fi.ſ.de verbo.obliga.

1 ☞ Qui ſoluit ſeruum malū actione
de dolo tenetur ad damnum : ⁊ actio
ne prima tenetur ad rem legatam.
2 Actio ex teſtamēto eſt ſtricti iuris: ha
bet tamen inſtar bonefidei.
3 Liberatio cōtingit ipſo iure qn̄ ſoluiꝛ
aliud pro alio creditore volente.

1 **SI heres.** Qui ſoluit †ſeruū malum actione de dolo teneꝛ
ad dānum ⁊ actione prima
tenetur ad rē legatam.h.d. ¶ Opp.
ſ.de pig.ac.l.ſi ſeruus pignori.ſol.glo.
primo qd̄ hic dicatur de dolo.id eſt ex
teſtamēto noīe doli. ⁊ hāc tenet Dy.⁊
Pe.⁊ cōiter oēs.Secūdo.ſol.gloſ.qd̄
agitur de dolo q2 actio ex teſtamento
eſt ſtricti iuris:in cōtrario erat bone
2 fidei:in hoc qd̄ dicit qd̄ hec actio† eſt
ſtricti iuris.dicit verū vt habeꝛ in.l.in
actionib⁹.in fi.⁊.l.ſeq.de in litē iuran. 1
Tamen q2 habet inſtar bonefidei: nō
recurriꝛ ad actionē de dolo.vt.l.hmōi 2
§.edes.ſ.eod.propter qd̄ doc.recedūt
ab iſta ſolutione. puto ꝙ quelibet ſol. 1
poteſt ſuſtineri.aut em̄ volo agere ad
damnum tātum.⁊ ago actione de do
lo.vt hic in prin.l.aut volo agere ad rē
cum non ſis liberatus tradēdo malā. 2
et ago actione ex teſtō vt hic in verſi.
ſed qm̄. Nec obſt. l. ſi ſeruus pignori.
de pign. act.q2 ibi fuit cōtractū ſuper
illo pignore.Jō venit in actione ex eo
contractu.hic fuit legatus ſeruus ge
neraliter. vn̄ iſte qui eſt traditus cum 1
ſit malus nō videꝛ legatus:vt.l.lega
to generaliter.ſ.eo. vnde de eo qd̄ fa a
ctum eſt ab eo nō agiꝛ ex teſtō. ¶ Itē
opp.q2 hic d2 qd̄ heres liberatur tradēdo pro noxa.
contra quia imo tenetur ad integrum damnū vt hic
in princi.⁊.ſ.de noxa.l.ij. Reſpon.hic dimittitur pro
noxa legatario volenti . ¶ Ad hoc oppo.gloſſ.quia
idem eſſet in qualibet alia re:quia aliud pro alio po
3 teſt ſolui creditore volente. Solu.glo.† quod eſt ve
rum non tamen quod liberatio contingat ipſo iure
vt.l.fina.§.fina.de verborum obligationi . Hoc non
eſt verum:q2 imo liberatio ipſo iure contingit ſi ſol
uitur aliud pro alio creditore volente:vt.l.ſolutionē.
infra de ſol.ſecus ſi ſoluaꝛ adiecto:vt.l.ſi.§.ſi.de ver
bo.obligatio.nec obſt.l.ſi ſeruus pignori. q2 aliud in
contractu.Solu.glo.⁊ alio modo quod hic in fi.cor
rigitur.quod ſupra dixerat. Hoc rep̄hēdit Dy.per
l.ſi ſeruus.§.cum quid.ſupra eo . tenet ergo primam
ſolu.ſcilicet quod dimittatur pro noxa legatario vo
lenti.⁊ ad hoc proceditur hoc ordine: quia legatari⁹
petet damnum actione de dolo vt hac.l.in prin . Itē
petet rem actione ex teſtamēto.tunc dicit heres red
de mihi ſeruum quē tibi dedi quod poteſt dicere vt
l.ſi cum aurum.ſ.de ſolu.⁊.l.eleganter. §. qui repro
bos.ſ.de pig.act.tunc poteſt dicere legatarius non
reddo tibi rem niſi prius emendes damnum vel ſer
uum pro noxa dimittas.

**ETiam ſi.** Onus pro parte recuſatuꝫ facit legatarium perdere
totum.hoc dicit. ¶ Opp.pena non debet
egredi delictum vt.l. reſcriptum. infra de
his qui.vt indi. Sol.hic p̄ſumitur relictum totum
contemplatione partis a qua ſe excuſauit ſm̄ Dynū
vel ſecundum Petrum.hoc ideo.quia legatario non
permittitur ſcindere legatuꝫ.vt.l.legatarius.in prin
cip.ſ.eodem.

**SI quis inquilinos.** Si legatur res cuius non eſt commer
cium ſeparatum ab alia debetur eſtima
tio.hoc dicit. ¶ Oppo.de.l.apud iulia
num.§.fina.ſ.eodem.Dicit glo.ibi rei non erat com
mercium alicui.hic ſic.gloſ.hoc rep̄hendit quia hic
nulli eſt commercium. Pe.⁊ Dy. dicunt aliter:vt di
xi in.l.contraria. Tu dic quod hic eſt omnibus com
mercium iſtorum ſeruorum non tamen ſeparatim a
terra:vt in contrario dixi plene.
☞ Qui alienat rem legatam tenetur legatario ad
eſtimationem.
Dominium rei heredis legate quod non tranſeat in
legatarium.

**Cum ſeruum.** Qui † alienat rem legatā tenetur legatario ad eſti
mationem.hoc dicit. ¶ Oppo. de.l.ſeruum.de ma
numiſ.ſolu.ibi ſeruus legatus erat teſtatoris:hic he
redis:⁊ ſic habes † caſum quod rei heredis legate
non tranſit dominiū.dixi in.l.ſi heredis legate.ſ.eo.
¶ Oppo.de.l.in ſumma.§.j.de condi.inde.ſolu. vt
dixi in.l.cetera.§.ſi.ſ.eo.

**Si ita.** Dictio cum:coniungit.hoc dicit. qd̄ no. bene ⁊ tene menti.
☞ Non valet iuramentum de non reuocādo teſta
mentum.

**Si quis ſcripſerit.** ᵃLegatum ⁊ iuramētū ↄtra bonos

a ¶ Si qs ſcripſerit. quā vide in.l. ſi qs. i princ.teſtamenti.ſ.de lega.iij.



i mores nō tenet.hoc dicit per hoc† dico quod ſi quis a
a iurat ſe non reuocaturum teſtamētum ᵃ qd̄ tale iura
mentum non valet:nam auferri ſibi liberā teſtamen b
ti factionem eſt contra bonos mores ; vt.l. ſtipulatio
hoc modo concepta.ſ.de verbo.obligatio.ideo talis c
obligatio per iuramentum nō obligat: vt hic ⁊ in.c.
non eſt obligatorium.de reg.iur.lib.vj.Et per conſe 2
quens ſi facit aliud teſtamentum non eſt periurus
licet aliter videatur tenere Joan.an.in quadam di 3
ſputatione quam ponit in.c.quod ſemel . de reg.iur.
lib.vj in mercurialibus.
1 ☞ Judex ex officio cogit heredem ad p̄ſtandum
relictum ad alimenta fratribus minoribus.

b **SEruo.** ᵇAlimēta poſſunt relinqui ſeruo proprio.h.d . ¶ Op.
de.l.ſeruis.C.eo.gl.dicit ſpeciale in re
licto alimentorum que petūtur officio
1 iudicis.Per hoc dico † ꝙ quando fra
tribus minoribus aliquid ad alimenta relinquitur
heredes ſunt cogendi ex officio iudicis vt dent: non
vt ipſi poſſint petere. e

**Si quis a primo.** Ab alio qui ſubſtitutus eſt vulgariter in
telliguntur repetita relicta ab inſtitutis ; a ſubſtitu
to pupillariter nō debentur ex repetitione que a pu
pillo deberi ceperunt.hoc dicit. Hūc.§.declaraui in
l.licet.ſ.eodem.⁊ dic vt in glo.

**Si ab impubere.** Non cenſetur repeti 1
ta conditio que peti f
ta vitiaret.hoc dicit.

c **Ineptas.** ᶜInepte voluntates defunctorum non ſunt ſeruande.h.d.quod no. 2

d **FIliuſſa.** ᵈFilius pubes a patre: libertus a patrono:qui
libet a fiſco ſuccedente poteſt ab inte
ſtato fideicommiſſum relinquere.h.d.
in principio legis cum.§.ſequenti.

**Apud marcellum.** Jnquantum quis 3 honoraꝛ in tātum
aggrauatur.h.d.diuide ſm̄ lectu.claram . primo po
nitur thema ⁊.q.Secundo reſpōſio quando certum
eſt vtrūq; legatum fore dilatum in tempus . Tertio 1
quando certum eſt fideicommiſſum fundi eſſe dila
tum in tempus:⁊ pecuniarium non.Quarto quādo
eſt dubium vtrum pecuniarium ſit dilatum vel nō . 2
Quinto redit ad tertium : ⁊ circa illud determinat
vnum dubium.ſecunda ibi : et ait marcellus . tertia
ibi:ſed ſi titij . quarta ibi : ſed vix.quinta ibi: certe.
Secundum glo.legitur alio modo: quia primo po
nitur thema ⁊ queſtio.ſecundo reſponſio quādo cer 1
tum erat vtrūq; fideicommiſſum fore dilatuꝫ.tertio
quando dubium erat an fideicommiſſum pecunia 2
rium eſſet dilatum.quarto ponitur rep̄henſio iuriſ
conſulti circa tertium dictum ſecūda ibi: ⁊ ait.tertia
ibi:ſed ſi Titij ⁊c.quarta ibi:ſed vix . ſecundum hoc
eſt varietas ſolum in ver.ſed ſi Titij . nam ſm̄ gloſſ.
loquitur in caſu dubij ⁊ rep̄henditur per iuriſcon 1
ſultum:ſecundū quod ego legi loquitur in caſu cer
ti:⁊ non rep̄henditur materiam iſtam plene vide
bitis in.l.imperator.§.ij.ſ.tit.j. 2
1 ☞ Fundus ſi leuatur. non allibrato qui ex forma
ſtatuti non poteſt acquirere debetur eſtimatio.

¶ Teſtamētū.Adde Oldra.conſil.xcv.⁊.cxxvij.⁊ q̄
latius poſui in.d.l.ſtipulatio.
¶ Seruo.⁊ vide in.l.ciuitatib⁹.ſ. eo. adde an ſeru⁹
ſit capax legati alimentorum Fede.conſi.xlj.
¶ Jneptas.per hunc text.dici poſſet male obſeruatū fuiſſe ī morte do. Lud. cōteſij qui in teſtō p̄cepit ꝙ in funere eius adeſſēt ſub certo ſalario omnes ſenatores muſice artis cuiuſcūq; generis q̄ tpe ſuo adeſſent q2 talis voluntas tāquā inepta ſeruanda nō erat.
¶ Filiuſſ. vide q̄ dixi in. l. qui filio.§.j.ſ. de here.inſti.
¶ Quero exemplū. ⁊ not.p.q. in qua nūc ↄſulo. et al legat iſtū textū. ⁊ dictū Bart. hic Alber. de roſa . in tracta. ſtatutoruꝫ . in ij.parte . in q.ij in.ſ. colū . vbi oīno vide andre.barb.
¶ Nō allibrato.Ad. de Roma. ↄſi.ccccix.

2 Teſtis deponēs ſuper valore rei qua
liter deponere debeat.
3 Eſtimatio fundi ſit ex qualitate red
dituum.

**Si quis alicui.** Legatuꝫ rei cuius
eſt cōmercium in cōmuni:lꝫ non ſit le
gatarij valet: ⁊ eſtimatio debeꝛ . h.d
¶ Op.ſ.titu.ij.l.fideicōmiſſa.§.ſi ſer
uo. Sol.intelligas in teſtatore ſcienteᵇ
vt hic:ſecus in ignorāte vt ibi. ¶ Itē
oppo.ſ.tit.proximo.l.mortuo.§.labeo.
ſol.intelligas qd̄ non erat prohibitus
p̄pter delictū ſed alia rōne. ¶ Que
e ro exēplumᵉ de qualitate relicti. gloſ.
exēplū ponit.tu dic meli⁹ exēpluꝫ eſſe
in.l.ſi quis inquilinos.ſ.e. ⁊.l. cetera.
§.ſi duob⁹.ſ.eo. ¶ Quero exēplū de
cā p̄babili glo.ponit Jaco.de are.po
nit exēplum in.l.j.C.non lice.metroco
mie habitatoribus. lib . xj. ſm̄ hoc eſt
1 caſus hic † qd̄ ſi legatur fundus ali d
f cui non allibratoᶠ qui ſm̄ formam ſta
tuti nō poteſt acquirere qd̄ ei debeꝛ
eſtimatio. ¶ Not.tex.qui dicit quate
2 nus ſolet comparari: ⁊ ſic teſtis † non
redderet ſufficientē cauſam ſi dicit rē
tātum valere:q2 ipſe tm̄ daret : ſed q2 e
tm̄ ſolet vendi cōiter. de hoc in.l. p̄e
tia rerū.in fi.ſ. ad.l.fal. ad qd̄ facit.ſ.
eo.l. ſi fundū. per fideicommiſſum.in
3 prin.vbi† ex qualitate redditumn ſit
eſtimatio fundi.C.de reſcin. vēdi.l.ij.
⁊.l.ſi ſeruus.ſ.de cōdi.fur.⁊ de dona.
cau.mor.l.mortis cauſa.in fi.
1 ☞ Uerba directa trahuntur ad fi
deicommiſſum ſi iure directo nō poſ
ſunt valere.
2 Quis non rogatur vt quem directo
faciat heredem quia auferretur libe
ra teſtamenti factio.

**Ut quis heredem .**
1 Uerba† directa trahuntur ad fideicō
miſſum ſi iure directo nō pn̄t valere. f
2 h.d.q̄ eſt ratio qd̄† quis nō pōt roga
ri vt quē directo heredē faciat . Rn̄.
q2 auferret liberā teſtamēti factionē:
vt not.in.l.ex facta.in prin.ſ.ad trebel.
qd̄ eſt contra bonos mores.
1 ☞ Nō poteſt quis grauari vt filium
ſuum emancipet actione ex teſtamen
to:ſꝫ iudicis officio ſi agnouit legatū.
2 Patria p̄tās eſt res ineſtimabilis.

**Secūdū bulgarem.**

1 Non pōt † quis grauari vt filiū ſuum
emācipet.h.d. ¶ Oppo.de.l.ſi cui le-
gatū.ſ.de ꝯdi.ꝛ demō. Dic quod iure
actionis ex teſtamēto nō poteſt quis
cogi emancipare vt hic: ſed ſi pater
agnouit relictū factū ſibi poteſt cogi
iudicis officio: vt in.l.contraria. ꝛ no-
ta.in.l.cogi.§.ſi pater.ſ.ad trebel.quā
2 no.ꝛ not.† ex hoc text.qd patria pote-
ſtas eſt res ineſtimabilis.

**Edes.** Non poſſunt legari edes
deſtruēde.h.d.de hoc ple
ne in.l.cetera.§.j.ſ.eo.

## Si fideicommiſſuz.

Legatum ſeruo acquiritur ei ſi liber
reperit tēpore quo dies cedit.

**Diuus ſeuerus.** Fidei-
cōmiſ-
ſum vniuerſale conditionale non pōt
ante conditionem reſtitui fideicōmiſ-
ſario in pñtē ꝯſtituto: etiā ſi ſunt plu
res fideicommiſſarij. Itē ante diem
quis non cogit reſtituere ſed cauere:
al's patit miſſionē: ꝛ miſſio patris vel
dñi poteſt prodeſſe ſeruo vel filio.h.d.
multū no.ꝛ magiſtraliter. Primo lo-
quitur in fideicōmiſſo cōditionali ſe-
cūdo in fideicōmiſſo in diem.ſcda ibi:
idē princeps. Principiū.§.gloſ.intelli-
git in cōditione emācipationis vel in
alia conditione extranea: ꝛ quelibet
poteſt eſſe bona. ¶ Oppo.de.l.poſt
mortē.C.de fideicō.Glo.rñ.qd hic di
latio erat in fauorē filiorū: ibi in fauo-
rem heredis: vt ibi in.iij.gl. quā vide.
Si habetis in iſta glo.pater vult dice
re patruus: ſed ſi hoc eſſet verū quare
non poſſunt iſti filij renuntiare fauori
ſuo cū tex.hic dicat ex voluntate eorū
nō poſſe reſtitui: cōtra.l.nihil.§.oīb⁹.
ſ.eo.ꝛ cōtra.l.ſi quis in cōſcribendo.
C.de pac. Unde gloſſ.ſoluit aliter: qd
hic erant plures fideicommiſſarij: ibi
vnus.ſꝫ certe adhuc durat oppoſitio:
qꝛ omnes vident poſſe renūtiare iuri
ſeu fauori ſuo. Quare glo. ſoluit ter-
tio modo: dicens dic qd ibi fideicom-
miſſum erat relictum in diem omni-
no exituram: ꝛ ſic non erat conditio
nale: hic ſic. Idem tenet.ſ.ad trebel.l.
ſed ſi alio.ſed hec non eſt vera: qꝛ ibi
in.l.poſt mortem.erat fideicōmiſſum
conditionale: qꝛ poterat fideicōmiſſa
rius decedere anteq̄ decederet ille q̄
erat rogatus de reſtituēdo: vt ibi pa-
tet in quadam parua glo. Dic ergo ꝙ
intellectus.d.l.poſt mortem. ponitur
in.l.ſed ꝛ ſi ante.ſ.ad trebel.in text.nā
ante diem vel conditionem bene po-
teſt fieri reſtitutio: vt.d.l. poſt mortē.
non tamē quod actiones transferant
per trebellianū: qꝛ nō fit reſtitutio ſm voluntatem
defuncti: vt.d.l.ſed ꝛ ſi ante.in text. ſed adueniente
die vel conditione tranſferentur actiones per trebel.
vt ibi: qꝛ reſtitutio facta eſt ei cui teſtator voluit. ſed
in.§.noſtro ſi reſtitutio fiat ante: tunc non tranſeunt
actiones nec tranſibunt adueniente die vel cōditio-
ne qꝛ non eſt facta reſtitutio ei cui teſtator voluit: nā
videtur reſtitui patri cui queritur per filios: vel reſti
tuitur ei qui forte non erit tēpore exiſtētis conditio-
nis in rerum natura. hoc probatur in.l.ſi mulier.§.ex
aſſe.de iure do. vbi nō poteſt fieri reſtitutio per treb.
procuratori in rem ſuam: ꝛ iſta procedunt clare ſi in-
telligis filijs debere reſtitui ſub conditione emanci-
pationis: ſed ſi intelligis ſub alia cōditione: tūc vtrū
actiones tranſeant per trebellianum adueniēte cōn-
ditione: pēderet ex hoc: an ipſi ſint ſui iuris ꝛ omnes
illi quibus facta eſt reſtitutio viuant. Sed oppo. li-
cet actiones non tranſeant per trebel. nonne tranſ-
eunt ex virtute donationis: vt.l.illam.ꝛ.l.in donatio-
ne.C.de dona. Reſpon. bene tranſirent: non tñ iſte re
ſtituens haberet beneficium treb. vt eſſet tutus ex-
ceptione contra creditores: ſicuti vēdens hereditatē
vt.C.de here.vel ac.ven.l.ij. Item ille cui facta eſt re
ſtitutio non habet ita perfecte ex donatione ſicut ex
trebel. vt l.iij.C.de noua.coniuncta.l facta.§.ij.ſ.ad
trebel.ꝛ ibi dicam. ¶ Item opp.de.l.ꝛ heredi.§.pe.
ſ.de pac. vbi filius poteſt paciſci de non petendo il-
lud quod eſt ſibi relictum ſub conditione. Reſpon.
fateor ſed hoc non eſt pactum de non petēdo: ſed eſt
voluntas quod ſibi ſoluatur: per quam ſolutionē he-
res non liberatur qꝛ non fit vt debet vt hic dicitur.
¶ Ad ſi.oppo.de.l.acquirit.in prin.de acquiren. re.
do.ꝛ inſti.per quas perſo.no.ac.per totum vbi per fi
liū vel ſeruū queritur patri vel dño nō econtra. So.
hic eſt caſus ſpecialis in quo ſicuti ei poteſt queri le-
gatum ſi tēpore quo cedit dies legati erat ſui iuris:
ita poteſt per patrē vel dñm queri ei. qꝛ iſta ſtipula-
tio vel miſſio de qua loquit hic limitatur ſm natu-
ram legati qꝛ etiā ſeruus iſto caſu poſſet ſe pro ipſo
ſibijpſi ſtipulari. facit.l.j.ij.ꝛ.iij.ſ.vt le.no.ca. ¶ Ul-
timo hic eſt quedā glo.ſuper verbo deceſſerit: que in
nuit quod fideicommiſſario mortuo poſtq̄ dies fi-
deicommiſſi ceſſit ante reſtitutionem quod nō tranſ-
mittitur ad heredem. ſimile no.in.l.cum filio. in prin.
ſ.eodem. ſed ibi reprehendi.

1 Exiſtentia liberorum quādo faciat deficere con-
ditionem fideicommiſſi.

2 Exheredatus an habeatur pro mortuo quo ad com
modum alterius.

3 Decedens cum filio qui eſt de ordine fratrum mino
rum dicitur decedere ſine liberis.

**Cum quis rogatus.** Quo ad condi-
tionis defectum
ſufficit extare liberos lꝫ non ſint heredes hoc dicit.
1 ¶ Oppo.† ꝛ videtur quod qui nō ſunt heredes ha-
bentur pro mortuis: vt.l.j.§.ſi pater.ſ.de cōiun. cum
eman.li. So. quandoq; decedit quis cum liberis exi
ſtentibus heredibus: ꝛ non eſt dubium quod condi
tio deficit: vt.l.j.C.de condi.inſer. Quandoq; dece-
a dit quis cum liberis[a] inſtitutis: ꝛ ſic poſſunt eſſe he-
redes ſi volunt: ꝛ tūc idē: qꝛ cōditio deficit etiā forte
ſi nō adeāt hereditatē: vt hic. Quīq; quis decedit cū

a ¶ Cum li-
beris. vide
no. per An
ge.ꝛ imol.
i.l.lucius.
ſ.de here.
inſti.ꝛ vide
in.d.l.ex fa
cto.§.ſi.



liberis qui non poſſunt heredes eſſe ſi volunt: quia
exheredati: tunc non facit deficere conditionem: vt
l.prima.§.ſi pater.ſ.de coniun.cum eman.li. ita ſentit
glo.hic quam no. quia filiorum cauſa videtur appoſi
ta conditio: vt glo.dicit. Contrarium tenet gloſ. in.l.
ex facto.§.fina.infra ad trebel.ꝛ iſtud tenet Jac. de
are.per.ll.hic alle.in prin.glo. Idem tenet Pet.ꝛ Cy.
in dicta.l.prima.C.de cōdi. inſer. aſſignat rationem:
quia in conditionibus inſpicimus merum factum.
vt.l.qui heredi.in princ.ꝛ.l.meuius.de cōditionibus
ꝛ demonſtrationibus.ꝛ ad.l.j.§. ſi pater.ſ. de cōiun.
2 cum eman.li. reſpondet † quod habetur exheredat⁹
pro mortuo quantum ad ſuum commodum: non au-
tem quo ad commodum alterius. Sed certe in.d.§.
ſi pater. habetur pro mortuo ad commodū alterius.
ſcꝫ nepotum qui admittuntur in totum: cū alias nō
admitterentur niſi pro parte. reſpon.gloſ. hic filij fa-
ciebant deficere fideicommiſſum ſicut defectus cu-
iuſlibet conditionis adiecte: ideo non attēdit ſi ſint
heredes vel non vt dictum eſt. ibi filius excludebat
nepotes a medietate: quia concurrebat cū eis. ipſo
ergo excluſo per exheredationem non poteſt cōcur-
rere: ideo nepotes habēt totuꝫ. predicta omnia ſunt
vera quādo filius poterat ſuccedere: ſed excluditur
voluntate ſua vel voluntate teſtatoris: ſed vbi exclu
dit a lege ex alia cauſa vt qꝛ deportatus: tūc nō face
ret conditionē deficere: vt.l.ex facto.§.ex facto.ſ.ad
treb.ꝛ de contratab.l.j.in ſi.ꝛ de bo.li.l.ſi necem.§.ſi
3 deportatus. ¶ Et † per hoc dico quod ſi aliquis de-
cedit cum filio qui eſt de ordine minorum. qui nō po
teſt habere nec in proprio nec in communi quod di-
a citur decedere ſine liberis: quod pono[a] in quarto li-
bro minoricarum.

1 Prohibitio alienationis ſimplex continens fa-
uorem perſone prohibite ſolum non valet.

2 Prohibitus alienare ſimpliciter cū erit perfecte eta-
tis non tenet: impeditur tamen alienare per ſe vel cu
ratores quando non eſt etatis legitime.

3 Prohibitio alienationis facta legatario ꝯtinens fa
uorem alterius videtur facta ipſius fauore licet non
ſit expreſſum.

4 Si res prohibetur alienari ratione affectionis tunc
fauore ipſius cenſetur facta prohibitio.
Prohibitio ſimplex alienationis vaſallorum. dicitur
facta cum cauſa.

5 Res legata ꝛ prohibita ſimpliciter alienari quādo
prohibitio valeat.

6 Alienatio prohibita reſpectu certe perſone quando
impediatur.

7 Alienatio prohibita odio certe ꝑſone ea facta heres
defuncti admittitur ad reuocandum.

8 Heres etiam de iure.ff. quod teneatur vltra vires
hereditarias.

9 Alienatio q̄ñ eſt prohibita reſpectu certe perſone an
detur remedium quod alienatio fieri poſſit.

10 Res prohibita alienari qd poſſit alienari ꝑpter do-
tem vel donationem propter nuptias.

11 Statuto ciuitatis prohiberi poteſt ne alienatio fiat
in foreñſem: ꝛ valet ſtatutum.

12 Statutum prohibens alienationem fieri in eccleſiā
non valet.
Facta contra priuilegium eccleſie in-
ducta per ſummos pontifices et im-
peratores ſunt contra libertatē eccle-
ſie.
Eccleſia ex ꝑuilegio ex ſolo titulo abſ-
que traditione acquirit dominium.
Priuilegio inductus quod eccleſia ex
ſolo titulo acquirat dominiū non pōt
renuntiari.

13 Prohibitio alienatiōis facta per legē
quid operetur remiſſiue.

14 Alienatio et dominij tranſlatio quan
do poſſit per contractum prohiberi.
Caſus quibus dominij trāſlatio pro-
hiberi poſſit.

15 Dominij tranſlatio quod nō impedia
tur per ſententiam arbitri prohibētis
alienationem.

16 Preceptum iudicis quod impediat
tranſlationem dominij.

17 Prohibita alienatione qd videat ꝓhi
bita heredis inſtitutio.

18 Uēditione ꝓhibita videt ꝓhibita om
nis alienatio.

19 Donatione prohibita an videantur ꝓ
hibiti alij cōtractus. remiſſiue.

20 Prohibitio de alienando facta filijs
an videatur facta nepotibus. remiſ-
ſiue.

21 Prohibitione facta heredi an com-
prehendatur heres heredis. remiſ-
ſiue.

22 Res ꝓhibita alienari vſucapit ꝛ pre-
ſcribitur.

23 Preceptum iudicis nudum non valet
in his quibus requirit cauſe cognitio.

**Diui.** [b] Prohibitio alienationis
facta ſine cauſa non reſpe-
ctu certe perſone non valet: alias valet
ret niſi in preiudicium creditoruꝫ.h.d.
vſq; ad.§.cum pater. Primo ponit di-
ctū quando prohibitio eſt facta ſine cā
ꝛ abſq; reſpectu certe ꝑſ. ne Scdo q̄ñ
eſt facta reſpectu certe perſone. Tertio
illud ſecundum dictum limitat. ſecun-
da ibi: quod ſi liberis. tertia ibi: ſed
hoc neque. ¶ Opponitur quod hic
ſit mala grammatica. nam accuſatiu⁹
eos poſitus in princip. caret regimine
contra legem plautius. de auro et ar-
gento legatis. Solu.gloſ.ꝛ fatetur op
poſitum vel dic aliter: vt in gloſſa.
¶ Opponitur et intro primam gloſſ.
magnam nam ſemper reperitur per-
ſona cuius contemplatione ſit facta
prohibitio ſcilicet perſona heredis. vt
lege peto. ſecundo reſponſo. infra titu-
lo primo. Huius timore hic.§. legitur
in prima gl. trib⁹ modis. Primo ꝙ hec
ꝓhibitio fuit facta heredi q̄ ſol⁹ erat

a ¶ Qd po-
no. vide cū
in.l.iij. i ſi.
de bonorū
poſſeſ.con-
traria.ꝛ qd
no.in.l.j.§.
filiū.eo.ti.

b ¶ Diui.ha
buiſti ꝯmē
tarū ideo
eū omitto.
ꝛ venio ad
l.etiam.

Unde nõ eſt alius cuius interſit. arg.
l. mutiane. in fi. de cõdi. ⁊ demõ. ſ; tũc
obſtat q: videt̃ dictũ cõtẽplatione ve-
niẽtiũ ab inteſtato. vt. ṫ. de cõdi. ⁊ de-
mon. l. is cui ſub cõditione. ſol. vt ibi.
ſcđo ⁊ tertio nõ legit̃ qđ iſta prohibi
tio fuit facta heredi qui habebat co-
heredẽ: vel fuit facta legatario: et tũc
ob. cõtrariũ de. d. l. pero. in prin. ſol. hic
loquit̃ in prohibitione alienationis q̃
cõtinet fauorem perſone ꝓhibite: cui
fauori alienãdo põt renuntiare: ibi di-
ſpoſitio cõtinebat grauamẽ: ⁊ ſic vide
tur factũ gr̃a coheredũ. ¶ Not. ergo
1 † ꝙ tũc eſt verũ qđ ſimplex ꝓhibitio
alienationis nõ valet qñ cõtinet fauo
a rem perſone prohibite[a] ſolũ. qđ infra
declarabo per plura ꝯtraria. ¶ Op.
extra gl. C. de vſuca. ꝓ emp. l. ij. vbi nõ
fuit reſpectu certe perſone facta ꝓhi-
bitio. ⁊ tñ valet. Sol. glo. ꝙ ibi fuit fa
cta prohibitio cũ cã. hic ſine cã. Que
ſol. nõ eſt vera: nã ibi cã reſpicit fauorẽ
perſone ꝓhibite. vnde idẽ eſt iuris ſi-
cut qñ ſine cã: vt. ṫ. de cõdi. ⁊ demon. l.
2 titio cẽtũ. in prin. Dic ergo ꝙ iſta † ſim
plex ꝓhibitio non valet vt ꝓhibitus
impediat̃ alienare cum erit perfecte
etatis: ſed bñ impedit̃ alienare per ſe
vel tutores vel curatores ſuos qñ nõ
eſt etatis legitime: tũc enim illi fauori
alienãdo renũtiari nõ poteſt. vt in con
trario. ¶ Opp. ṫ. de adimẽ. leg. l. iij. §.
q̃s ita. So. hic loquit̃ qñ ꝓhibitio re-
ſpicit fauorẽ ꝓhibiti tm̃. ibi continet
etiã fauorẽ alterius. ſc; heredis qui le
deret̃ alienatiõe facta vt ibi dicit tex.
ideo nõ põt alienare in dãnũ alteri⁹.
3 Et per hoc not. † ꝙ ſemper cũ ꝓhibi-
tio eſt facta legatario ꝯtinet cõmodũ
alteri⁹ quã legatarij. ſc; heredis vel
familie q̃ lederet̃ ꝑ alienationẽ: ĩ eorũ
fauorẽ videt̃ facta ꝓhibitio. licet non
ſit expreſſum. hoc ſentit gl. C. de fidei-
com. l. quoties. prout loquit̃ de cauſa
tacita ⁊ Cyn. ibi clarius in exẽplo qđ
ponit de turri. ¶ Op. ṫ. de fideicõ. li.
l. generaliter. §. ſi peritum. So. hic lo-
quitur qñ eſt prohibita alienari res
inanimata. ibi qñ fuit prohibitus alie
nari ſeruus. ⁊ ſic perſona animata et
cuius intereſt ne alienet̃ in nouũ dñm
peſtilẽtiorẽ. vnde ſi cõtra fieret ſeruus
4 erit liber. No. ergo † ꝙ qñ res q̃ prohi-
betur alienari eſt talis qđ in ea cadit
affectio ⁊ intereſſe: ratione ſeu fauore
ipſius rei prohibite videtur facta pro
hibitio. vnde ſi teſtator ꝓhiberet alie
nari vaſallos licet ſimpliciter et ſine
cauſa prohibitio valet per. d. l. eſt em̃
fauor vaſallorũ. ¶ Oppo. ṫ. de condi.
et demon. l. titio centum. in princip. di-

a ¶ Prohibite. Adde Ang. cõſil. cxxxvij. et Pau. de ca. cõſil. cxxxiiij. Oldr. conſil. ccv. ⁊ an ſi teſtator ꝓhibeat alienari niſi in filios ipſi⁹ teſtatoris legitimos et naturales poſſit alienari in filios filiorum ipſius teſtatoris legitiatos per ſubſequens matrimoniũ. vide Bal. conſi. cccc-xxxv.

cit glo. quod ibi apparet ſolu. Sed certe ibi nullam
video ſolutionem. vnde dicunt quidam ibi prohibi-
tio fuit facta contemplatione alũni minus induſtrio
ſi: et ſic reſpectu certe perſone. hic ſimpliciter. Hoc
non valet: quia tunc admitteret̃ ad reuocandũ ipſe
5 alũnus vt heres vt ibi dixi. Dico igit̃ ſic. † quandoq;
res legata tranſit directo in legatarium. ⁊ tunc ſim-
plex prohibitio non v; vt hic. Qñq; non tranſit dire
cto: ſed de manu heredis qui h; neceſſe emere et illi
tradere. tunc quia heres tradit ſub illa conditione
non poteſt alienari: ſicut ſi tale pactum de non alie-
nando apponeretur in contractibus: vt. l. ea lege. C.
de condi. ob cau. ¶ Oppon. ṫ. de manu. te. l. ſtichus
ſeruus. Solu. dico quod omnes leges de hac mate-
6 ria loquentes determinantur per illã. Nam † quãdo
rij vel eius qui ſtipulatur viam impe
ditur contrahi obligatio perſonalis ⁊
realis: vt. l. ſi ſub vna. §. fina. ff. de ver-
borum obli. ⁊. l. ſtipulationes non di- 1
uiduntur. ⁊ ideo cum talis defectus
impediat obligationem perſonalem
⁊ realem: merito tempus mortis in-
ſpicitur: vt hic. Certe que dicta ſunt ī
hac. l. habent locum quando verba le
gati referuntur ad perſonam legata-
rij. Sed ſi verba legati nō referāt̄ ad
rem nō facta mentione perſone: tunc
valet ⁊ ambobus dominis queretur 2
arg. l. proxi. ⁊. ſ. titu. ſ. l. caius. facit ad
p̄dicta qd dixi in. l. ſ. ff. de re. ca. Ul
3 timo in hac. l. habuimus caſuʒ †q. gl.
in. l. ſi pluribus. ſ. de leg. ſ. vcʒ quādo

a Et ſi maxime. vtrū hec. l. p̄cedat in contractib⁹ vide. l. proinde. §. fi. de ſtip. ſer.

fundus relinquitur duobus: ⁊ cuilibet totus: vtrum
ab initio ſit quilibet dominus in totum vel pro par-
te. Hic eſt tex. quod ab initio eſt quilibet domin⁹ ꝑ
parte: ex quo apparet ꝙ legatum hic non vʒ. Ul-
timo no. caſum. ꝙ dies ſeruitutis realis cedit a tēpo
re mortis.

☞ Domo vēdita que ab alia diſtinguit̄ pariete cōi medietas parietis videtur vendita.

Paries cōmunis inter duas domos an ſit pro diui-ſo vel indiuiſo remiſſiue.

Sis qui duas. Hic eſt bon⁹ caſus ⁊ ex ip-
ſo habes †quod ſi ego vendo tibi do-
mum que ab alia diſtinguitur pariete
cōmuni tantū medietatem parietis vi-
2 detur vēdere. †Quere an paries cōmunis inter
duas domos ſit communis pro indiuiſo vel pro di-
uiſo. Hic text. videtur velle pro indiuiſo: tu autem
dic latiſſime vt dixi in. l. inter q̄s. in prin. ff. de dā. infec.

Et ſi maxime. ᵃNo. hic ꝙ req̇run-
tur duo vt legatuʒ
factū ſuo valeat: qꝛ req̇rit̄ ꝙ dn̄s ſit capax.
Itē ꝙ tale qd legat̄ qd eo facto libero poſ-
ſit legari: vt hoc plene habuiſtis. ſ. de le. ij. l. debitor.
§. ſeruo. vbi iuriſcōſult⁹ hanc materiā examinauit.

1 ☞ Legatū ſeruitutis ex qualitate rei legate ⁊ ꝑſone legatarij magis p̄ſumitur factū cōtemplatione per-ſone quā rei.
2 Uia qn̄ ſingulr̄ relinquit̄ tūc dr̄ ſeruit⁹ realis.
3 Extraneus ꝙ vadat ꝑ domos alienas ⁊ videat eius ſecreta non eſt conueniens.
4 Cōceſſio cōtinens beneficiū principis in dubio intel-ligitur realis.
5 Cōceſſio p̄ncipis ꝯtinēs aliq̇d ꝯtra ius facta ciuitati vel vniuerſitati in dubio videtur realis.
6 Cōceſſio ꝯtinens priuilegiū facta ſingulari ꝑſone qn̄ dicat̄ realis vel ꝑſonalis. remiſſiue.
7 Cōceſſio priuati vel inferioris a p̄ncipe ꝯtinens me-rā facultatē facti: vt ſi dicat̄ cōcedo tibi facultatē eū-di preſumitur naturalis.
8 Conceſſio priuati q̄ refert̄ ad ius ſi indeterminate re ſpectu fundi dn̄antis fundo dr̄ perſonalis ſi determi nate realis: niſi ex qualitate ꝑſone ⁊ relicti aliud pre-ſumatur.
9 Imperator ꝯcedēs iuriſditionē in quodā caſtro in du bio intelligitur facta conceſſio caſtro.
10 Facultas eundi an ſit facultas realis vel perſonalis: remiſſiue.

Pater. †Ex qualitate rei legate ⁊ perſo-
ne legatarij preſumitur legatum
ſeruitutis magis factū contēplatione perſo-
ne q̄ rei. h. d. ⁊ eſt materia huius. l. multum pulchra
⁊ ſubtilis. Oppo. ⁊ vr̄ qd legatarius debeat hr̄e
viam per aliū fundū teſtatoris: vt l. dānas. §. ſ. ſ. ti. ſ. ⁊
dixi plene. ſ. e. l. ſ. ⁊ ſic ad quēlibet ſucceſſorem tranſit.
Dicit glo. hic loquit̄ qn̄ dom⁹ habebat iter per alium
locum: ibi qn̄ per aliū locū iter non poſſet hr̄e. Cō-
2 tra hoc oppon. †ꝙ qn̄ via ſingulariter relinquitur ſit
ſeruit⁹ realis: nec debemus diſtinguere ſimiliter ꝑ aliuʒ
locum vel non: vt. ſ. eo. l. ſi fundū. ⁊. ff. l. pxi. ſol. fa eos
quod in dubio videt̄ relinq̇ ſeruit⁹ realis ꝑut verba
ſonāt: vt. l. ſi fundū. ſ. eo. Fallit ex qualitate perſone



legatarij ⁊ ex qualitate rei aliud p̄ſumat̄ vt hic. hic a
enim relinquebat̄ via filie ſue ⁊ ꝑ domos hereditā-
rias ⁊ ſic nō erat inhoneſtū ꝙ filia incederet per do
3 mos pr̄is: ſʒ †ꝙ extrane⁹ iret per domos heredis et
videret eius ſecreta nō eſſet cōueniēs: vt. l. ij. C. qn̄ ⁊
qui. quar. pars de. ⁊ ſic videt̄ hoc magis relinquere
contemplatione perſone quam cōſtituere ius reale.
a Quero vtrūᵃ cōceſſio in dubio videatur facta in
4 rem vel in perſonā. Rn̄. † qn̄qꝫ talis conceſſio conti-
net beneficiū principis: ⁊ tūc in dubio debet intelligi
cōceſſio realis: quoniā beneficia principū ⁊c. vt. l. ſi.
ſ. de conſti. prin. de hoc in ſpe. de inſtru. edi. §. nūcaūt
5 ver. ſi autē dubiū. qn̄qꝫ †cōceſſio cōtinet priuilegiū:
hoc eſt aliquid cōtra ius ſcriptū: ⁊ iſto caſu ſi quidē
datur ciuitati vel alicui vniuerſitati in dubio videt̄
cōceſſio realis: vt. l. forma. §. quāꝙ. de cēſi. quādoqꝫ
6 †datur perſone certe ſingulari: ⁊ iſto caſu gloſſ. que
eſt in. §. quāꝙ. videtur dicere qd in dubio videatur
realis cōceſſio niſi aliud appareat. do. Oldra. repre
hendit ibi illā glo. tu dic de hoc plene: vt dixi in. l. qꝛ
7 perſonale. ſ. ſoluto matri. qn̄qꝫ †talis cōceſſio nō cō-
tinet beneficiū vel priuilegiū principis: ſʒ eſt iſta con
ceſſio priuati vel alicui⁹ inferioris: ⁊ tūc qn̄qꝫ cōcedi
tur mera facultas facti: vt ſi dico. cōcedo tibi facul-
tatē eūdi: vel qd poſſis ire: ⁊ ſimilia verba q̄ referun
b tur ad factū magis quā ad iusᵇ. ⁊ tūc cōceſſio preſu
mit̄ perſonalis: vt. l. apud iulia. §. ſi q̇s alicui. ar̄s eſt
ſub. l. idē iulia. ſ. de leg. ſ. facit inſti. de ſti. ſer. §. ſed cū
8 factū. Si vero †cōceſſio refert̄ ad ius: tūc aut ſit in-
determinate reſpectu fundi dominantis: ⁊ preſumit̄
cōceſſio perſonalis: vt. l. pe. ſ. de ſer. ru. predi. aut de-
terminate: ⁊ tūc in dubio preſumit̄ cōceſſio realis: vt
c. cū veniſſent. extra de inſtitu. ⁊. ſ. de ſerui. ruſti. pre-
diorum. l. antepe. ⁊ per totuʒ: vt. ſ. eodem. l. ſi fundū.
niſi ex qualitate perſone ⁊ relicti aliud preſumatur.
9 Hic eſt caſus in hac. l. ⁊ per hoc †ſi imperator conce-
c ditᶜ iuriſditionem in quodā caſtro dubitatur vtrum
conceſſio ſit facta comiti illius caſtri vel ſit facta ter
ritorio. Ego in dubio preſumo eſſe factam conceſſio
nem territorio: niſi ex verbis conceſſionis aliud ap-
10 pareat vt ſupra dixi. Quero † vtrumᵈ illa facul-
d tas eundi ſit ſeruitus realis vel perſonalis. De hoc
plene dixi. ff. de ali. ⁊ ciba. le. l. mella. §. ſi.

## De dote prelegata. Rubrica.

Quero quid importat dictio pre: dic vt in glo.

1 ☞ Legatum dotis continet id quod actio de dote originaliter contineret.
Exceptio q̄ ex pacto orit̄ tollit dilationem legalem.
Legatū dotis non tollit exceptionē peremptoriam a lege inductam: ⁊ nume. 4.
2 Cōſuetudo de qua in. l. dos a patre intelligit̄ quādo mulier predeccedit.
3 Pactū de dote lucranda habet locū quando matri-monium caſu vel culpa communi ſoluitur.

1 Cum dos. Dotis legatum †con-
tinet id quod actio
de dote originaliter contineret: et exce-
ptio que ex pacto oritur tollit etiam
dilationem legalem. exceptionem vero
peremptoriam que a lege inducitur
tale legatum non perimit. hoc dicit. et
nihil aliud. Not. tex. ibi nam quod ad
miſſum eſt ⁊c. Oppo. ſecundū gloſ
ſam et videtur quod prelegatum do
tis contineat plus quam actio de do-
te vt hac lege. verſi. verum eſt. Solu.
continet plus. ſcilicet in tempore: ſed
non in quantitate. Oppo. inſti. de
le. §. ſed ſi vxori. Solu. ibi legauit
certam quantitatem pro dote hic ve-
ro dotem ſimpliciter legauit quan-
titate non expreſſa. Item opponi-
tur et videtur quod tale pactum qd
vir lucretur dotem propter liberos

a Quero vtrum. an in dubio conceſſio intelligitur
perſonalis. Item adde ſm̄ Bald. Ang. ⁊ Imo. in. l.
qꝛ tale. ſolu. matri. quod vbi tractatur de commiſſio-
ne officij in dubio intelligitur perſonalis l. cuius. C.
de cu. furio. l. antepenul. ⁊ ibi no. ſ. de tutel niſi com-
mitteretur
ſub nomi-
ne dignita
tis. c. quo-
niaʒ Abb.
de offi. de-
leg. l. fordi-
dorū. C. de
excuſ. mu.
lib. x. facit
quod no. ī
l. more. ⁊ in
l. et qꝛ de
iu. om. iud.
quid autē
in reſcri-
ptis. ⁊ iu-
riſditioni-
bus vtrum conueniri poſſint ſucceſſores vide quod
no. per doctores in. l. ſecunda. C. quando li. princ. da.
per cano. in. c. ſignificauerunt de reſcriptis. et adde
his Barto. in conſilio incipien. primo queritur vtrū
iuriſdi. ⁊ imperium ⁊ que not. Bald. in rubri. C. de
priui. do. in quarta columna. ⁊ omnino Bald. in. l. li-
berti liberteqꝫ in decima colūna. de ope. li. ⁊. l. ſi non
ſpeciali in ſecunda columna. C. de teſta. dic quod in
dubio intelligitur priuilegium conceſſum tam perſo
ne quam loco ⁊ quod conceſſio in dubio intelligat̄
realis tenet gloſſ. xxv. queſtione ſecunda. in ſumma.
Specu. in loco hic allega. ⁊ vide Ioan. and. in regu
la priuilegium in mer. ⁊ quod not. glo. in. l. fordidorū.
C. de excu. mu. libro decimo. Bal. autem in. l. fina. de
conſti. princ. tenet contra Bartol. hic in ſi. Bald. in
lege finali. §. ſed ⁊ ſi quis in vigeſimatertia colum-
na. C. communia de le. dicit quod officia ſunt per-
ſonalia in dubio ſcripſi poſt Imol. in l. maritum. ſo-
luto matrimonio. vide Baldum in. l. prima. §. liber-
tatibus. cum ver. ſequen. ad ſi. de cadu. tollen. vbi di-
cit qd ſi baro legat ius colligendi paſſagium eſt ius
reale. ⁊ vide gloſſam in. c. cum veniſſent. de inſti. que
eſt contraria illi que eſt in decre. alleg. ſ. ⁊ eam ſequi
tur Ioan. and. in dicta regula priuilegium ⁊c. adde
an in dubio conceſſio ſit realis vel perſonalis. Pe.
de anchara. conſilio. ccccxviij. And. conſilio. xliiij. li.
ſecundo. Bald. conſilio. ccxv. ⁊. xcvi libro. iij. ⁊ conſi.
cci. lib. iiij. Fed. conſi. lxviij.
b Quā ad ius. ⁊ vide que dixi poſt Bar. in l. ſ. ſ. de
cōſti. prin. vbi late. ⁊ vide no. per Bal. in. l. apud iul.
§. ſi quis alicui. de lega. primo. ⁊ ibi per Imol. ⁊ vide
Imo. in. l. ſi ſic. de verbo. obli. ⁊ no. in. l. iuriſgentium
§. pretor. de pactis.
c Si imperator cōcedit. adde gloſſ. in. l. forma. ff. de
cēſi. qd videtur in dubio realis. ⁊ no. Barto. in. l. con
tinuus. §. ꝙ ſi ab eo. de verbo. obli.
d Quero vtrum. Uide Barto. in. l. inter eos. ſ. de
acqui. re. do. ⁊ in cōſi. incip. queritur an iuriſditio. et
Bal. in. l. ſi. ſ. de conſtitu. prin.

a ⁋Debet valere. an ⁊ quando valeat pactum ſuper dote ⁊ in preiudicium mulieris ſiue mariti. vide late Jmo. in l. ſocer. §. lucius. ſolu. mat. Sequitur in l. pro hereditarijs. C. de here. act. in v. col. vbi dicit quid ſi ſimul omnes perirent. ⁊ vtrum iſtud pactum locum habeat ſimpliciter an ſi decedat cuʒ liberis ex prio matrimonio. et quid in ſtatuto vide paul. de caſt. in l. ij. in princi. ſ. ſol. matri. Et quid in donatione propter nuptias an pactum de ea lucrãda eodem modo intelligatur vide Barto. in l. iij. §. j. de bonis que libe.

b ⁋Debet intelligi. ſʒ quid ſi per pactuʒ vel ſtatutũ maritꝰ debet lucrari dotem vxore predecedẽte. ⁊ vxor legauit dotẽ ſuam alteri an poſſit. dic quod ſic. tex. eſt not. ⁊ quod ibi per gloſſam in l. cum maritus. §. fi. ſ. de pac. do. tu vide Baldũ in l. ſi pro hereditate in v. col. de here. act.

a debet valereª vt l. ij. ſ. de pac. do. et l.
inter ſocerũ. per totã legẽ. Sol. ille ll.
intelliguntꝰ ſm iſtam q habẽt locũ ſi
predeceſſit mulier: ſecꝰ ſi vir: vt hic. et
2 ideo debes ſcire † qđ conſuetudo que
eſt poſita in lege dos a patre. C. ſolu.
matri. ꝙ dos retineatur propter libe-
b ros debet intelligiᵇ qñ predecedit mu-
lier. Sed ſi predecederet vir nulla re-
tẽtio ꝓpter filios fieret: qđ examina-
ui plene in l. poſt dotẽ. ſ. ſolu. matri.
⁋Quarto oppo. ⁊ videtur quod il-
lud pactum quod dicitur de diuortio
ſit iniquum vel ſuperuacuum: nã ini-
quum eſt ſi matrimonium ſolueretur
culpa viri. ſuperuacuum eſt ſi ſolue-
retur culpa mulieris quoniã ipſo iure
debet perdere dotem: vt lege. ij. C. de
3 rep. glo. † fatetur contrariũ ⁊ dicit qđ
illud pactũ habet locum quãdo fit di-
uortium caſu vel ex culpa communi.
⁋Quinto oppo. quod hodie pactũ
de lucrando dotẽ in caſu diuortij non
habeat locum: cum diuortiũ nõ poſſit
c fieri de iure canonicoᶜ vt no. in l. rerũ.
ſupra rerum amota. ⁊ l. diuortio. ſ. de
nego. geſt. gloſſ. fatetur contrarium.
Dicitur hic in ver. impenſe. exceptio
perẽptoria q̃ a lege inducitur non tol
litur per legatũ dotis. Cõtra q imo
legatũ dotis tollit exceptionem com-
pẽſationis que eſt perẽptoria: vt. j. eo.
d l. dote. Solu. ⁊ aduerteᵈ quedam † eſt
4 exceptio peremptoria que anteq̃ in
iudicium deducatur dotẽ minuit ipſo
iure: ⁊ iſta non tollitur per legatum

c ⁋Jure canonico. vide Baldum in l. ſi qua. C. de ſecundis nup.

d ⁋Et aduerte. et quando intelligatur relictum dotis deductis expenſis vide omnino Barto. in l. meuio. de lega ij.

e ⁋Item oppo. iſta glo. eſt ſingu. no. digna. ⁊ vide caſum not. et ſingu in l. fina. C. de donatio. cauſa mortis ⁊ quod no in l. tam his. infra de dona. cau. mor. Andreas barba.

f ⁋Legatũ nõ fuiſſe. ⁊ iſta faciũt. papa cõceſſit reſcripta Tirio de Bononia ⁊ eſt de Padua an valeat. de quo per Spec. in titu. de reſcrip. preſenta. §. communi autẽ. verſi ſed quid ſi dubitetur. facit. l. is verbis. §. fin. de here. inſti. ⁊ latius per barto. in l. demõſtratio falſa. hic alleg.

dotis. ita loquitur hic in ver. impẽſe. quedam eſt ex-
ceptio peremptoria que dotem non minuit ipſo iure
licet actionem poſſit elidere. ⁊ iſta tollitur per do-
tis legatuʒ. vt hac. l. §. j. ⁊ l. dote. j. eodem. ratio appa
ret expreſſa ex ipſa verborum ſignificatione: quia ſi
teſtator legat dotem ſi dos eſt iam minuta ſolum id
quod remanet eſt dos: ſed quando exceptio non mi-
nuit dotem ipſo iure tunc totum eſt dos ⁊ exceptio
per legatum tollitur ⁊ hoc vult dicere iuriſcõſultus.
⁋Vltimo opp. ⁊ videtur ꝙ etiam iſta exceptio im-
penſarum neceſſariarum tollatur. vt. j. e. l. iij. in prin.
⁊ l. meuio. §. j. ſ. de leg. ij. Reſpõdeo hic loquitꝰ quan
do dos legatur ſimpliciter: quia tunc non poteſt de-
beri niſi quatenus erat dos: ſed in cõtrarijs nõ fuit
legata dos ſimpliciter: ſʒ quicq̃d occaſiõe dotis per-
uenit: vnde inſpicitur id quod occaſione dotis per-
uenit non id quod erat in preſenti. videbitis. j. eo. l.
dote. ⁊ l. iij. in prin.
1 ☞ Legatum dotis quando extinguatur.
2 Teſtator legans centum que habet in arca: vel apud
ſe depoſita habet: an valeat legatum ſi centum nõ
reperiuntur.

1 **Adeo autem.** Dotis † legatum extingui-
tur ſi poſtea dos mulieri re-
cte ſoluatur vel res dotales intereant vel ſi ab ini-
tio dos perfecte conſtituta non fuit; ſicut cum lega-
tur corpus quod in rerum natura non eſt. hoc dicit.
⁋Oppo. ꝙ dos non poſſit ſolui cõſtante matrimo-
nio: vt. l. j. C. ſi conſtan. ma. dos ſol. Sol. intellige qđ
hic fuit ſoluta in caſibus permiſſis in l. mutus. §. ma
nente. ſ. de iure dot. ⁊ l. quãuis. ſupra ſolu. matrimo.
e ⁋Item oppo.ᵉ ꝙ licet extinguatur dos non extin-
guitur legatum: vt ſupra de lega. ij. l. cum filius. §. he
res. glo. non ſoluit: quare Dy. dicit quod ibi debitum
non erat extinctum ſed erat in aliam ſpeciem obliga
tionis tranſlatum. hic vero erat omnino extinctum.
2 idem not. ibi. Dicitur hic quod ille † qui legat centuʒ
que in arca habet vel apud ſe depoſita habet ſi non
reperiuntur non valet. Contra hoc videtur caſus in
l. ſi nõ deſignata. C. de fal. cau. adiec. ⁊ l. cum tale. §.
falſam. j. de conditio. ⁊ demonſtra. ⁋In gloſſ. ſunt
due ſolu. vna eſt quod ibi legauit certã ſpeciẽ quan-
titatis dotis in genere: vt puta cẽtum que in dotem
habui. hic vero ſe retulit ad certuʒ corpus: vt decem
que in arca habeo. ideo ſi non reperitur: legatum vi
tiatur: vt. l. ſi ſeruus. §. qui quinq;. ſ. de lega primo. ⁊
eſt vera ſolu. alij vt Rog. dicunt quod id quod dici-
tur in fine eſt verum ſi probetur teſtatorem erraſſe:
ſecus ſi ſcienter. h. d. vt probatur in ll. contrarijs. Vi
deamus an iſta ſol. ſit vera. Et videtur dicere Rog.
eo ipſo quod probatur error falſa cauſa vitiat lega-
tum. Contra: imo debet probare teſtatorem aliter le-
f gaturum non fuiſſeᶠ: vt. l. cum tale. §. falſam. j. de con
ditio. ⁊ demon. ſol. quãdoq; cauſa legãdi nõ eſt obli-
gatoria: tunc illa cauſa non dicitur coherere legato
nec legatum vitiatur niſi probaret teſtatorẽ aliter le-
gaturum non fuiſſe: vt. §. falſam. quandoq; cauſa le-
gandi erat obligatoria: tunc talis cauſa legandi dici
tur inherere legato: ⁊ vitiatur legatum eo ipſo quod
error probatur. ita loquitur dictum Roge. hic. ⁊ l. j.
C. de fal. cau. adiec. le. Secundo videtur qđ Roge.
male dixerit in alio. dicit enim qđ quãdo lego centũ



que in arca habeo in dubio videor magis deſigna- a
re certam quantitatem non corpus certum. contra
hoc videtur. l. ſi ſeruꝰ. §. qui quinq;. ſ. de leg. primo. b
Sed ſi bene reſpicias verba Rog. non retulit ſe ad
legatum centum que in arca habeo: ſed ad legatum
centum que apud me depoſita habeo: vt ex verbis
eius euidẽter apparet ⁊ probatur. ⁋Quero quan-
do teſtator dicit lego centum que apud me depoſita
ſunt vtrum in dubio videatur ſe referre ad quanti-
tatem vel ad corpus. Rog. dicit ad quantitatẽ. Jac.
de are. dicit ad corpus: quia de natura depoſiti eſt
vt certum corpus tradatur: vt. l. lucius. ſ. depoſiti.
ideo ad corpus ſe referat. Oldra. dicit hic in dubio
videtur ſe referre ad quantitatem niſi deſignetur lo
cus vbi ſunt: vt. l. lucius. §. quiſquis. el. ij. ſ. de lega.
a ij. quod ſatis placet mihiª.
1 ☞ Si ex tribus demonſtrationibus vna ſit falſa
alie due vere legatum non vitiatur.

b **Si quisᵇ vxori.** ᶜNota tex. ibi: nam quic
c quid demonſtrate. No-
ta totum tex. de quo feci magnum feſtum in l. demõ
ſtratio. in princi. infra de conditioni. et demonſtra.
1 Pone: † aliquis dicit lego domino Bartoloᵈ Petri
d de ſaxoferrato legum doctori. modo eſt verũ quod
ſum de ſaxoferrato et legum doctor: non tamen ſum
Bartolus Petri. certe ſi due demonſtrationes ſunt
vere: illa falſa demonſtratio non vitiat: vt hic pleniſſi
me dixi in dicta. l. demonſtratio. §. primo. de condi. et
demonſtra. tene menti.
1 ☞ Donatio cauſa mortis magis accedit contractui
quam vltime voluntati.
2 Ratio quare filiuſſamilias poteſt donare cauſa mor
tis ⁊ non teſtari.
3 Dos quod debeat eſſe vbi ſunt onera matrimonij: in
telligitur reſpectu viri non mulieris.
4 Vxor cui fuit per ſocerum dos legata an agere poſ-
ſit vigore. l. ſi conſtante remiſſiue.
5 Quis quando poſſit peti ſe conueniri actione que
non eſt.
6 Actio de dote quod oriatur conſtante matrimonio.
7 Teſtator legãs dotẽ videtꝰ ius dotis legare: ſi quic-
quid peruenit de dote videtur legare quantitatem.
8 Mulier que agit ad dotem legatam per ſocerum
actione ex teſtamento ſi cautio fuit omiſſa pot cõue-
niri actione incerti vt caueat.

**Si ſocer.** Jſta. l. ponit multos caſus:
ideo eam diuido vobis. pri-
mo loquitur quando teſtator legat dotem
nurui vſq; ad. §. per contrarium. ſecũdo qñ
legat dotẽ viro vſq; ad. §. idem querit. tertio quãdo
legat dotẽ extraneo vſq; ad. §. iulianus: quarto po-
nit caſus communes ad oĩa precedentia dicta vſq;
ad fi. l. Et quelibet particula diuiditur in alias par-
ticulas: ideo gratia breuitatis omitto. Not. text. ibi
quippe ⁊c. ante omnia expediamus glo. ⁋Oppo.
de. l. mortis ſue cauſa. in prin. de dona. inter virum et
vxo. Glo. ſoluit aliud in legato vt hic: aliud in dona-
e tione cauſa mortisᵉ vt ibi. Rationem no. aſſignat gl.
1 † q donatio cauſa mortis magis accedit cõtractui:
ſed legatum eſt mere vltima volũtas: ideo ibi nõ va
let inter virũ ⁊ vxorem. Vide gloſ. que incipit ⁊ ideo
2 cõtra maritũ. ex hoc redditur † ratio quare filiuſſa.

a ⁋Placet mihi. facit. l. ſi ſeruus. ſ. eo. ⁊ hoc ibi ſequitur Pau. de ca. in. §. ſi. cum. l. ſeq.

b ⁋Si quis. ⁊ vide caſum ſi. in l. diuus. ad ſi. j. de fal. quod geminata conditio excuſat quem de falſo. ⁊ vide tex. ſing. in l. cum ſcimus. de agri. ⁊ cenſi. lib. x. vbi geminata cõfeſſio validatꝰ. Andre. barb.

poteſt donare cauſa mortis ⁊ non te-
ſtari: vt plene not. in l. tam is. §. j. j. de
dona. cã mo. Jtẽ opp. glo. de. l. ſed ⁊ ſi
§. ſi nurui. j. de lega. preſtan. Sol. glo. c
Non ob. vt pater ex ſequẽtibus. §. il-
lius legis. ⁋Queritglo. quid ſi filiꝰ
nõ habet coheredes ⁊ hereditas pa-
tris nõ eſt adita per actionẽ perſona-
lem: conſtat qđ nõ poteſt intentare: q
non habet contra quẽ intentet: ſed an
poterit intentare actionem hypothe-
cariam: vel qualiter ſibi ſubuenietur?
Dicit glo. ſibi ſubuenietꝰ ex equitate. l.
ſi is. §. j. de iure do. quam gloſſ. ſigna. d
3 Videre regulam † que ponitur in l. ſi
is. §. j. eſt quod ibi debeat eſſe dos vbi
onera matrimonij ſuſtinentur: ſed re-
gula illa non videtur ſubuenire mu-
lieri ſed marito qui ſuſtinet onera ma
trimonij: ⁊ ita debet intelligi hic gloſ.
ſubuenietur ei. ſcʒ marito referẽdo ſe
ad regulam. ita dicit Jaco. de are. an

c ⁋Si quis vxori. hũc tex. ad vnũ alleg. bar. in l. de etate. j. ix. col. in ver. nũc ad propoſitũ. de mino.

d ⁋Domino Bar. vide caſum de quo Bar. facit magnũ feſtuʒ in l. demõſtratio. §. j. j. de cõdi. ⁊ demõſtra.

et adde quod no. Barto. in l. j. §. fina. j. de appella. in ver. ſuper tertio quero.

e ⁋Cauſa mortis. vtrũ dona. cauſa mor. ſit vltima volũtas. adde Ang. in q. inci. aſtenſis miles. in vj. charta. tu collige bonam doctri. ex no. per Bald. in l. j. C. de donatio. cauſa mor. adde tamẽ caſum in quo magis accidit vltime voluntati quam contractui: in l. j. ⁊ ibi Bal. in iiij. colum. C. de ſecun. nup. ⁊ vide etiam ibi Sali. qui etiam dicit quod inquantum ad originem talis donatio exigit contractuʒ ⁊ olim ſiebat ꝑ ſtip. hodie pacto nudo ſm glo. in l. cum pater. §. meuio. de le. ij. ſed inquantum ad effectum ⁊ preuile. magis aſſimilatur relicto. ita loquitur. d. l. j. de ſecũ. nup. hinc eſt quod ex donatione cauſa mortis tranſit dominium recta via ſicut de legato. tex. eſt ſing. in l. ij. ſ. de pub. item in ea habet locum ius accre. ſicut in legato in l. j. in ſi. C. de cadu. tol. ⁊ ita tollitur cõtraria volũtate ſicut legatum. l. vbi ita donatur. j. de dona. cauſa mor. ſed in hoc differunt quia legatariꝰ poteſt repudiare legatum ſed qui ſemel agnouit donationẽ cauſa mor. nõ poteſt poſtea repudiare: vt not. in l. cum pater. §. ij. de lega. ſecundo ⁊ iſtis adde glo. inſti. de dona. §. j. ⁊ dicit Bal. in l. hac conſultiſſima. in iij. colum. C. qui teſta. fa. poſ. quod ſtatutũ faciens mentionem de vltima voluntate non habet locũ in dona. cauſa mortis. ſecundum Baldum ⁊ Jmolam in l. prima. ſupra de teſtamen. cõtrarium videtur velle Bald. in l. fina. in vltima columna. de ſideicõmiſ. dixi poſt docto. in l. ſecunda. ſupra de le. ſecundo. adde an donatio magis accedat contractui quã vltime voluntati. Baldum. conſilio. cj. et conſilio. clxij. ⁊ centeſimoſexageſimoſexto. vbi an vſurariꝰ poſſit cauſa mortis donare.

a ¶ Sol. q̃dã. ⁊ illũ tex. no. hic allegat: qꝛ eſt ſing. ⁊ vide caſuȝ i l. optimã. C. de ꝯhẽ. ⁊ cõmit. ſti. and. barb. ¶ Solu. quedã ⁊c. hic videtᷣ ſing. obſtare tex. in. l. ij. C. de pac. cũ ſi. pro quo ibi vide Fulg. itẽ cõtra Bar. videtᷣ caſus in. l. cum putarẽ. ⁊ ibi doc. fami. erciſ. l. titiꝰ. vbi docto. tangũt de verbo. obvliga.

Andreas Pomate.

b ¶ Si vero actio nũquam fuit nata. cum Bar. tenet Rapha. et moder. i. l. ſi titiꝰ. hic alleg. Are. in. §. q̃daȝ. in. ij. colũ. ver. aduertatis tñ. in ſi. inſtit. de act. Alexã. ꝯſi. cxxxvj. incipien. in cã ⁊ q̃one. in. ij. volu. contra tamẽ Bart. tenet Alexã. ⁊ Are. in. d. l. ſi titius.

c ¶ Doctores fuerũt. ⁊ vide bar. in ſimili in l. oẽs popu li. ff. de iuſti. ⁊ iure. nec imperator põt ſi vellet niſi eſſet iuſta cauſa vt de qꝺ not. in. c. j. de nat. feu. in vſi. feud. et quod not. i l. ceſar. de priuile. andre. barb.

4 autem † vxor poſſit agere ex vigore. l. ſi conſtante. ſ. ſoluto matrimonio. dic vt ibi plene examinaui in materia de repetentibus dotem ⁊ ibi in. viij. queſtione ſecunde partis principalis allegaui hanc gloſſam. 5 ¶ Pro † declaratione induco in ar. hanc legem qꝛ primo hic videtur caſus qꝺ quis non poteſt pati ſe conueniri actione que non competebat: vt hic in prin. nam video: teſtator non poteſt grauare heredem vt ipſe conueniatur actione que non eſt. In contrarium videtur caſus in. l. iulia. §. quantum autẽ ſupra ad exhib. a Sol. quedamᵃ eſt actio que ſemel fuit nata: licet ſit extincta: ⁊ iſta actione bene poteſt pati quis ſe cõueniri ⁊ procedit iudiciuȝ licet appareat actio extincta. ita loquitur. §. quantum autem. 1 b Si vero actio nunq̃ fuit nataᵇ tunc quis non poteſt pati ſe conueniri: ⁊ ſi appareat non eſſe natam iudiciũ nõ procedit: vt hic in princ. niſi actio pendente iudicio debeat oriri. vt. l. ſi titiꝰ. 1 infra de verbo. obliga. ⁊ ibi latius dixi. 6 ¶ Secundo ſcitis † quod quedam glo. dicunt quod actio de dote oritur conſtante matrimonio. Alij dicũt tantum ſoluto matrimonio: vt no. in. l. iuriſgentium. §. vt pura poſt diuortium. ſupra de pact. ⁊ not. ſ. eodem. l. pater. Hic tamen eſt caſus quod non oritur conſtante matrimonio: ibi quippe nupta eſt. dixi plene in. l. ſi conſtante. §. j. 1 ſupra ſoluto matrimonio. 7 ¶ † Quero quid in dubio? Reſpõdeo. in dubio verba teſtatoris ſunt inſpicienda aut legauit dotem ſimpliciter: et videtur legare ius actionis de dote: vt infra. l. 1 proxima. in fine aut legauit quicquid peruenit de dote: ⁊ videtᷣ legare quãtitatem. l. meuio. §. a me. ſ. de legatis ſecũdo. ſ l. proxima. in prin. 8 ¶ † Quero: dicitur hic quod mulier debet cauere. q̃d ſi cautio iſta fuiſſet omiſſa? Reſpondeo: poteſt mulier conueniri actiõe icerti vt caueat vel repetet qꝺ datum eſt: vt. l. quod ſi nulla. ſ. de lega. j. ⁊ l. qui exceptionem. §. ſi pars ſ. de condictio. indebiti. ⁊ melius in. l. ſi quis cum a fideicommiſſario. eodem titulo. tene menti que ſupra dixi.

1 Actio de dote quomodo ſuperſit quando dos ſit ſoluta viro. 1

## Per contrarium.

Quero de ratione diuerſitatis inter peculium legatum liberto ⁊ dotem legatam marito. Reſpondeo actio de dote procedit ex contractu: et ideo licet heredes ſoceri deſierint habere: obligatio ex contractu remanet: ſed obligatio de peculio habet inſtar realis actionis: vt. l. queſitũ. in princ. ſ. de pecu. Si ergo deſijt habere peculium: deſinit teneri illa actione de peculio: ſicut in pupillo qui ſine ſui culpa deſijt rẽ poſſidere: vt. l. ſi a bonefidei. ſ. de rei ven. Dicitur hic ꝙ cõuenitᷣ ſeruus nõ heres. Cõtra: imo heres vt. l. ij. C. an ſeruus ex ſuo facto. Tres ſolu. ſunt in gl. Una eſt qꝺ libertus cõuenitᷣ ſcȝ in effectu ſed heres principaliter. Iſta ſolu. reprobatur in ſi. glo. quia ſm hoc non eſſet differẽtia inter peculiũ ⁊ dotem. Soluit glo. ſecundo modo ⁊ nil valet. Ultimo ſoluit ⁊ bene vt in ea patet: ⁊ rationem huius ſolu. glo. ponit in. l. contraria: qꝛ quando libertas directo datur heredi culpa non potuit imputari: quia nullo tempore potuit retinere peculiuᷣ: ſed quãdo per fideicommiſſum poteſt imputari culpa: quia nõ potuit manumittere nec peculium dare donec creditoribus ſatiſfieret. ¶ Ultimo † dicitur hic qꝺ lȝ dos ſit ſoluta viro adhuc actio de dote ſupereſt. iſtud dictum debes intelligere qñ matrimoniũ fuit poſtea ſolutũ inter vxorẽ ⁊ virum eius: alias non periret: vt in prin. huius legis vel ſi ponis conſtante matrimonio debes exponere actio de dote id eſt ſpes actiõis de dote: alias non procederet.

1 Si debitor ſoluat creditori creditoris ſui an extinguatur obligatio. quod no.

## Idem iulianus.

Oppo. quod ſolutione facta alteri actio competens marito perimi non poterat vt. l. ſi ſtichum. §. fina. infra de nouatio. Breuiter ergo dico quod hic ſoluitur alteri qui ab ipſo marito dotem repetere poſſet: ſicut ſi creditori mariti ſolueret. vel dic quod hic fuit legata dos marito pro muliere vnde merito poteſt mulieri ſolui. ¶ Ultimo not. † ex iſto. §. quod ſi debitor ſoluat creditori ſui creditoris extinguitur obligatio. contrarium not. in. l. ſolutum. §. ſolutam. ſ. de pig. act. pro hoc eſt glo. in. l. ſi cum militi. de cõpenſa. ⁊ in. l. ſi opera. de doli exce. ⁊ inſti. qui. mo. tol. obliga. in princip.

1 Stante ſtatuto quod maſſarij cõis nullã pecuniam poſſint ſoluere abſq; detractione. vj. denariorum pro libra ſi conducti fuerint doctores pro certo ſalario abſq; aliqua deductione qualiter illis ſit conſultum ſi maſſarij velint ſeruare ſtatutum.

## Idem querit.

Hec eſt tertia pars. oppo. infra ad legem falcidiaȝ cũ dotem. vbi eſt tex. in contrarium. ſolu. falcidia non detrahitᷣ reſpectu finalis effectus: ſed ab initio ſic: vnde illa ſm iſtam debet intelligi. ¶ Quero dicitᷣ hic commoda repreſentationis in hoc legato ſic obſeruentur. quero quid ſi non ſit dictum an ſi dos ipſi mulieri prelegaretur defalcaretᷣ cõmodum repreſentationis. Quidã dicunt qꝺ non: vt. l. ſi vſufructus. §. j. ſ. ad. l. falci. ⁊ d. l. cum dotem. Cõtrariũ determinat glo. ⁊ bene. per. l. j. §. ſi quis creditori. ad. l. falcid. exemplum ponit gloſſ. ¶ Ultimo † iſta. l. eſt bona ad vnam queſtionẽ que fuit de facto. doctores fuerũtᶜ c



a conductiᵃ ab iſto communi pro certo ſalario abſq; deductione alicuius gabelle. demum erat aliud ſtatutum qꝺ maſſarij cõmunis nullã pecuniã poſſunt ſoluere niſi detraxerint vj. denarios pro libra: querebatur an a doctoribus debeat detrahi. Determinatum fuit qꝺ maſſarij debeãt detrahere: ſed doctores contra cõmune in eo qꝺ eis detrahetur habent actionem. ⁊ hoc probatur per hunc tex. licet non fuerit allegatus. ⁊ per. §. ſed ⁊ marito. ſ. ea. l. vnde deuẽtum fuit quod illud quod pro gabella deducebatur iterũ ſoluebatur cum deductione gabelle donec gabella ad nihilum deueniebat.

## Iulianus querit.

Iſtud qꝺ in hoc. §. dicitur quod mulier cui legata eſt dos non patitur falcidiaȝ: intelligo qñ ſoluto matrimonio fuit legata: qꝛ erat ſibi debita: ſecus ſi adhuc debita non eſſet: vt. ſ. proxi. §.

## Sed et marito.

Facit ad id quod dixit ſupra proxi. §. ⁊ in. §. ideȝ querit.

1 Fundus ⁊ eſtimatio ſi legatur vni ⁊ eidẽ vtrũq; legatum concurrere poteſt.

## Mela ſcribit.

Hic eſt nouus. §. ⁊ ſibi neſcirem dare concordantiaȝ aliquam ideo tene menti. ¶ Quero hic vtrum fundus fuerit datus in dotem eſtimatus vel ineſtimatus. Quidam intelligunt de fundo dato in dotẽ ineſtimato: ſed hoc non placet gloſ. quia ſecũdum hoc nullum eſſet legatum: quia fundus ineſtimatus debet reddi incontinenti. vt in. §. exactio. C. de rei vxo. actio. ⁊ ſic nullum commodum ꝯtineret. licet aliter glo. in. l. diuortio. §. interdum. ſupra ſoluto matrimonio. et ibi reprobaui. vnde gloſſ. dicit quod fuit datus eſtimatus: an ſit verum infra dicam. ¶ Sed retenta illa lec. quero que eſt ratio huius. §. Dicit gloſ. ne circa eandem rem concurrant due cauſe lucratiue. ⁊ iſta ratio colligitur ex. ll. allegatis in ſe. gloſſ. ſcȝ in. l. meuius. in prin. ſ. de lega. ij. ⁊ l. plane. §. j. ⁊ ſecundo. ſ. de lega. j. Sed hoc non videtur aliquid dictũ: nam quando fundus datur in dotem eſtimatus non b eſt in dote fundus ſed pecunia:ᵇ vt lege quoties. ſupra de iure do. et. l. ſi inter virum. C. de iure do. Sed 1 quando † vni ⁊ eidẽ legatur fundus ⁊ eſtimatio fundi vtrumq; legatum poteſt concurrere: vt. l. fundum ſ. de dona. Nota per Dynum in capitulo bona fides in fine. extra de regu. iur. libro. vj. ⁊ ſic mulier haberet vtrumq; quod puto veriſſimum. de hoc eſt gloſ. notabi. in. l. licinius locuſta. in princip. ſ. de lega. ij. et ibi dixi me dicturum hic. quomodo ergo reſpõdemꝰ ad hanc. l. Reſpondeo duobus modis. Primo qꝺ dicamus hunc fundum datum in dotem ineſtimatum qñ fundus erat in dotem non quantitas: ⁊ hoc appa ret ex textu. qui dicit non bis ſed ſemel deberi fundũ non dicit eſtimationem fundi: ſi tu dicis ſecundum hoc legatum non valebat cum non haberet commodum. Reſpondeo pone tali modo quod valet: quia ex pacto fundus non debebat incontinenti reſtitui. Secundo modo reſpondeo etiam ſuſtinendo Gloſ. qꝺ hic fuit datus eſtimatus. Tertio eſt dicendum ꝙ primum legatum fuit factum expreſſe contemplatione dotis ⁊ pro dote: ⁊ poſtea dos fuit legata ſimpliciter. vnde cum ob eandem cauſam ſit factum non debetur niſi ſemel. vt. l. lucius. §. impuberem. ſ. de leg. ij. ⁊ l. alimenta. §. baſilice. de ali. ⁊ ciba. leg. tene menti: qꝛ vtilia ſunt.

a ¶ Fuerunt conducti. Adde. q. quã in ſiᷣ ponit bar. in. l. neſennius. §. ſi. in prin. ad. l. fal.

b ¶ Mela ſcribit. Sed pecunia. no. qñ relinquitᷣ fundus dotalis an debeatur eſtimatio ⁊ fundus adde Bar. in. l. plane. §. j. de leg. j.

## Idem mela.

Oppo. ⁊ videtᷣ quod non tenetur ſtare colono: vt. l. nihil. §. fin. ſ. de leg. j. cum ſi. Dicunt quidam ſpeciale in dote. dic vt plene dixi in. l. ſi filio. §. ſi. ſ. ſolu. mat.

1 Mulier eatenus onere fideicommiſſi grauari poteſt quatenus legatum dotis excedit quantitatem.

2 In fideicommiſſo vniuerſali non venit quod quis extra iudicium defuncti percepit.

3 Dotis quantitate legata videtᷣ legatũ id in quo dos erat minuta propter impenſas.

4 Prelegatum factum vxori quod in dubio non videtur factum animo compenſandi.

## Cum quis.

Supra locutꝰ eſt iuriſcõſultus de plegato dotis. hic vero loquitᷣ de fideicõmiſſo quo grauatᷣ mulier cui dos eſt prelegata ſiue legetur dos mulieri ſiue aliud p ea. Eatenus † põt onere fi- 1 deicõmiſſi grauari quatenus relictũ dotis quantitatẽ excedit. h. d. ſm Dy. 2 No. qꝺ dixi in ſummario. ſcꝺo no. † qꝺ in fideicõmiſſo vniuerſali nõ venit id qꝺ quis ex iudicio defuncti nõ pcepit: vt hic in ver. nam ⁊ ſi quis. Dicitᷣ hic ꝙ fuit prelegata dos. vnde videtᷣ legatũ id in quo erat minuta dos ppter impẽſas. Cõtra de. l. j. ſ. e. ꝟ. impẽſe ⁊c. ſo. ibi 3 fuit legata dos ſimplr: hic ꝟo † fuit legata quantitas: vel fuit dictũ quicq̃d ad me peruenerit. vt. l. meuio. §. a me. de le. ij. Dicitur hicᶜ ſi tamen hoc ani- c 4 mo ⁊c. quero † quid in dubio? an videtur relictum animo compenſandi cum vxore? Caſus eſt quod non niſi exprimatur in. l. j. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. ⁊ l. creditorem. ſ. de legatᷣ. ij. facit id quod dixi in. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſ. ſol. ma.

c ¶ Dicitur hic. ⁊ facit iſte ꝟ. nam ⁊ ſi q̃s ad q. Comes cõceſſit militi caſtellanis. cũ quita oĩm obuẽtionum. Queritur cum q̃dam debeant amittere bona: quia offenderunt comitẽ an caſtellanꝰ de illis bonis debeat hr̃e quartã p bal. in c. j. de cap. q̇ cu. vẽ. refert Old. determinaſſe ꝙ nõ ſȝ ſi pene deſcẽderẽt ex delictis inter alios cõmiſſis ñ in comiteȝ bñ deberet hr̃e ⁊ ita ſequitᷣ Bal. ibi Adde ꝙ Old. ita determinauit ꝯſi. cxliiij.

Grauari vniuerſalr̃ qꝺ ſibi relictũ eſt quando quis poſſit.

## Mulier.

Non ſummatur: quia iſte. §. comprehenditur ſub precedenti ſummario. et verſi. perinde. ⁊ eſt not. ⁊ ideo menti tenes-

a ¶ Quero quid ſi. Et not. de iſta dictione preter: ſu‑pra ⁊ vltra ſi legentur. x. preter fundū debetur vtiqꝫ. 2
quid de dictione ſuper. vide tex. in. c. fina. de ordi. co. a
vbi ponitur pro de ⁊ notat rei ſubſtantiam. c. ſuper
literis. de reſti. ſpol. alibi bo. gradum vide. c. ſolite. b
de ma. et obe. q̄n̄qꝫ exponit̄ ꝓpter in auten. de nu. §. ſi autem tutela col. la. iiij. Andre. barb.
Andreas Pomate.
b ¶ Sz q̄d ſi dixit lego cētum. et de iſtis dictionib' vide Ja‑ 1 ſon. in lege actione. de 2 tranſacti. ⁊ in. l. ſi eū. 1 §. iniuriarū. ff. ſi q̄s cautio. Oldra. conſil. xlix. ꝑ Roma. conſil. cxxxiiij. in vlti. col. in dubio ⁊ de dictione preter. vide tex. in. l. ſi ita legatum. in prin. ff. de lega. j. 1

dus. ¶ Opp. ad iſtū finē. de. l. q̄d his verbis. ſ. de lega. iij. reſpōdet glo. hoc eſt ſpeciale ex cōiectrurata voluntate defuncti: q2 reliquit pro debito. vnde videt̄ voluiſſe q̄d quicquid habuit vl c tra debitū reſtituat cū fructibus. q̄d tene mēti. ¶ Oppo. cōtra hanc † legē 1 q̄d quis poſſit grauari vltra quam eſt ſibi relictum: vt. l. imperator. §. j. ſ. de lega. ij. ſol. diſtingue aut legat̄ quanti tas a legatario quātitatis. aut quan‑titas a legatario ſpeciei: aut ſpecies a legatario quantitatis vel ſpecies a le‑gatario ſpeciei: vt colligitur ex text. in d. l. imperator. §. j.

☞ Verbum amplius nō inducit re‑petitionem niſi addatur eo vel hoc.
Legans vxori centum preter vt ſupra vel vltra dotem videtur legare dotē.

Qui ita. Opp. † ꝙ verbū am‑plius niſi dicat̄ hoc am‑plius vel eo amplius nō inducit repetitionem: vt d l. ſi ſeruus. §. ſi ita ſcriptum. ſ. de leg. j.

c ¶ Qui ita. vltra dotē. Adde Ange. conſi. ccxciij.
d And. poma. ¶ Cū ſcriptū. vide Bald. pro iſta. l. conſi. ccxj. in. l. pater. ver. pone per ordinē. vide Alex. conſi. xxxij. in fi. in. iiij. volu.
* Pro cōcor. Aduerte ꝙ ꝓmittēs indēnitatē etiā ſi re‑1 nuntiet beneficio de fideiuſſoribus pōt petere prius excuti principalē. ita Bar. in. l. quero. ff. loca. i. l. vnde queritur. per illū tex. ff. cōmo. in. l. j. C. de cōue. fiſc. de 2 bi. li. x. per illum tex. vbi do. Alex. in addi. ad Bart. q̇ allegat ſibi contrarium in hac. l. pater. Tu dic ſaluā‑4 do Bar. vt per Bal. in. l. ſi pro ea. in. x. q. C. man. vbi Bal. dicit q̄d quando promittitur per fideiuſſorem creditori ⁊ procedat prima opinio per not. in. l. fi. ff. ſi 6 cer. pe. in. l. ſi ſtipulatus. §. fi. ff. de ver. obli. ⁊. d. l. j. per Bar. in. d. l. quero. Si vero reus promittat fideiuſſo * ri de conſeruando ipſum indēnem ⁊ tunc procedat ſe‑cunda opi. ⁊ fuit de mente Bart. in predictis locis. Vel aliter poſſet ſolui ꝑ diuerſa tempora vt etiam ex mente Bar. apparet: ⁊ ex forma promiſſionis.
e ¶ Suſcipere iudiciū. fideiuſſor indēnitatis cogit̄ ſu‑ſcipere iudicium quod non reperies alibi: alibi dici‑tur quod talis promittens etiam iure iſto habet be‑neficium excuſſionis ſecundum Barto. ⁊ q̄d ibi dixi in. l. quero. ſ. lo. q̄d no. vide tū q̄d not. Barto. j. e. l. an autem promiſſio iſta contineat fructus vel intereſſe 1 Vide Bald. in. l. ij. C. de ſenten. que ſine cer. quanti. nam paria ſunt promittere indemnitatem ⁊ promit‑ e tere defenſionem.

Duc ſunt opiniones in gloſſ. vlt'ma eſt vera ⁊ exami‑na: vt dixi in contrario. ¶ † Quero quid ſi[a] teſtator dicat lego vxori centum preter dotem: an videatur le‑gata dos. Certe ſic: vt. l. ſeio. §. vxori. ſ. de annu. lega. ¶ Sed quid ſi dixi lego centum[b] ſupra dotem an vi‑deatur dos legata. dicit Jaco. de are. ꝙ videtur le‑gata dos: q2 verbum ſupra: includit dotem ſicut ver‑bum amplius. alleg. ſ. ſolu. matri. l. diuortio. ver. itē ſi locatio. ⁊. l. ſi vno. §. penul. ſ. loca. ⁊ eſt caſus cū gl. j. eodem titulo. l. ſeia. ¶ Sed quid ſi dixit lego cen‑tum vltra dotem[c] an videatur legare dotem: dicit Ja‑co. de are. quod ſic. vt. l. ſi vltra. C. de fideiuſ. hoc po‑nit Jaco. de are. hic. ⁊. l. qui bona. §. ſi quis quia. j. de damno infe.

Dum bulgari. Oppo. ſ. de leg. j. l. talis. in prin. ſol. ſpeciale eſt in legato dotis. ⁊ eſt ratio q2 le‑gatum ad dotem refertur. al's legatum ef‑ficeretur inutile. ita dicit glo. ⁊ bene.

Dote prelegata. Opponitur. ſ. de lega. ij. l. me‑uio. §. j. Gl. nō ſol. ſz ibi apparet ſol. q2 debe‑mus intelligere q̄n legauit dotē ſimplr: ſe‑cus ſi legauit q̇cquid ad eū perueniet: q2 tūc nō dedu‑ceret impēſas neceſſarias vt ibi dicitur in tex. ⁊ vidi‑ſtis. ſ. eo. l. iij.

☞ Legatū alternatiuū in corpore q̄d non reperit̄ in 1 rerū natura ⁊ in pecunia: vz in pecunia.

Cum ſcriptum. [d] Si legatur ali‑q̄d pro dote ad‑iecta certa q̄titate ſiue dos fuerit nulla ſi‑ue minor tz legatū. h. d. ¶ Not. text. in fine. 1 † quando legat̄ corpus quod non eſt in rerū natura ⁊ pecunia alternatiue: valet legatū in pecūia. ¶ Op‑po. de. l. j. §. adeo. ſ. eo. Sol. ibi fuit relicta dos nō ad‑iecta certa quātitate. hic vero fuit expreſſa certa quā‑titas.

☞ Promittens indēnitatē intelligitur promittere 1 defendendo: ⁊ tenetur iudicium ſuſcipere lz nō coga‑tur. nume. 3.
2 Actio de dote q̄d nata ſit cōſtante matrimonio: lz agi non poſſit.
4 Vxor quando heres ſoceri non eſt ſoluendo pro lega‑to dotis eidem facto poteſt agere contra maritum: ⁊ qua actione.
6 Hypothecaria intētata q̄d veniant etiam nomina de‑bitorum.

* Pater. Jſta lex vr̄ aliquātulū intrica‑ta ſz in veritate nō eſt. ꝑmo po‑nit vnū dictū vulgare. ſcd̄o circa illd̄ for‑mat ſeptē. q. ꝑ ordinē. ſcd̄a ibi: ſz ſi ꝑuſq̄. tertia ibi: q̄d ſi ratū. quarta ibi: ꝙ ſi to‑tam. quinta ibi: ſz ſi priuſq̄. ſexta ibi: ſi forte. ſeptima ibi quid ergo. ¶ Op. ꝑ ordinē ad quālibet partem. ⁊ primo ad primam partem. d2 hic q̄d heredi dz cauere de indēnitate. Contra imo debet cauere q̄d heredem defendet nō de indēnitate: vt. l. ij. poſt prin. ſ. e. Solu. 1 fateor † q̄d idem eſt dicere de defendendo ⁊ ꝓmittere de indēnitate. imo qui indēnitatē promittit cogitur ſuſpicere iudicium[e] vt hac. l. in princi. cōiuncto verſi. quod ſi ratū: ⁊ coniuncta. l. ij. poſt prin. ſ. e. ⁊ hoc ſen‑tit Jac.



ſ tit Jacob. de are.[a] facit ad hoc. l. ij. C. de in lib. dan. tu. a facit. l. ſi quid poſſeſſor. in ꝑn. ſ. de peti. here. ⁊ hec te‑ne mēti: q2 nō repies alibi ita bene. Ad ſcd̄am partē opp. d2 hic ꝙ mulier dotem recuperauit. Contra mu‑lier conſtante matrimonio non poteſt dotem recupe‑rare: vt. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dotiū. Quare Rog. dicit hic q̄d matrimonium eſt ſolutū: ſed iſtud eſt diuinare cōtra mentē. l. nr̄e. vel dicit Roge. dic q̄d vir vergebat ad inopiā. Hāc ſol. gl. reprobat in. l. ſi cō‑ſtante. in prin. ſolu. ma. Tū iſtā ſuſtinui: dic vt ibi dixi. Alij vt Jaco. de aret. dicunt ꝙ hic matrimonium vr̄ eſſe ſolutum reſpectu ſoceri defuncti: vt. l. cum hic ſta‑tus. §. ſi ſocer. ſ. de do. inter vi. ⁊ vxo. Sed hoc eſt con‑tra. l. ij. in prin. ſ. eo. ibi quippe nupta eſt. Alij vt Azo: dicunt quod hec mulier de facto dotem recuperauit que ſibi fuit per heredes ſoluta: quia de iure recupe‑rare non poterat. hanc ſolutionem Azo. puto veram: ⁊ intelligo ꝙ vxori fuit ſoluta in caſibus in quibus poſuit: vt. l. mutus. §. manente. ſ. de iure do. ⁊. l. quā‑
2 uis. ſ. ſol. ma. Alij vt Jo. dicunt † quod actio de dote committitur matrimonio cōſtāte: vt. l. ſi cōſtante. §. j. ſ. ſol. ma. ad illum. §. glo. reſpōdet dupliciter. ⁊ ſic ha‑bes duas lectu. in illo. §. quas ibi examinaui. Durum eſt omnino cōtra ſtimulū calcitrare: q2 actione de do‑te conſtāte matrimonio nō ager: vt. l. ij. poſt prin. ſ. eo. ibi quippe nupta ⁊c. quare tene lec. Azo. ⁊ lect. Rog.
b intelligendo[b] q̄d vergat ad inopiam quas lec. exami‑naui plene in. l. ſi cōſtāte. §. j. ſol. ma. Jtem opp. quod ſolu. facta mulieri non debet nocere viro: vt. l. ſtichū. §. fi. j. de noua. et. l. fi. §. fi. in prin. j. de ver. obl. Sol. hic non ſoluitur prorſus alij perſone: ſed magis vr̄ ſolutū creditori creditoris vt dictum fuit in. l. ij. §. idem iul. querit. ſ. eodem. ¶ Venio ad verſ. ſed ſi lex falcid. ⁊ oppo. quod non debeat detrahi filio: quia per fa. erc. act. hoc conſequitur vt debitum: vt. l. ſi filia. §. primo. ſ. fa. er. Rog. dicit ꝙ hic mr̄imoniū erat ſolutum, ſol‑ue verſus. Jdem ſi conſtante matrimonio: tū hic age‑bat actione ex teſtō: vt. l. ij. §. idem iul. ſ. eo. ¶ Oppo. ad ver. quod ſi ratum. ⁊ vr̄ quod nō debeat defende‑re imo ſufficit quod preſtet indēnitatem ex forma ſti‑
3 pulatiōis: vt. ſ. e. l. in prin. ſol. iſte ſtipulationes † idem importat vt dixi. an autem poſſit preciſe cogi agere ad defendendum. Dic vt. l. ſed ⁊ he. §. pretor. ſ. de ꝓ‑cu. veritas tū eſt quod lz ad defendendū teneat̄: ⁊ ad ſuſcipiendum iudiciū in ſe tū non ꝑciſe cogat̄: dic vt ibi. ¶ Venio ad ver. q̄d ſi totā. d2 hic ꝙ actio iudica‑ti dat̄ cōtra heredem in eo q̄d retinuit iure fal. cōtra imo datur inſolidū: vt. l. ſi actor. ⁊. l. ſi ꝓcu. ſ. de ꝓcur. Dicit glo. ⁊ bene hic reſpicit finem: q2 ſi ſolueret inſo‑lidum heres: reuerteretur ꝯtra maritū in ea parte q̄ fuit ſibi ſoluta. ¶ Querit gl. q̇d ſi fuit cautum: Dicit gl. tūc marit' poſſet ꝯueniri inſolidū. vel alr̄ ſi eēt cau‑tū poſſet ꝯueniri inſolidū ſi fuit pn̄s tꝑe ſtipulatiōis ſed hoc nō plz glo. per. l. ſi ꝓcu. in fi. de ꝓcur. ſed Dyn. ibi negat dari actionem in dominū ex ſtipulatiōe in‑terpoſita ꝑ ꝓcuratorē. ſed ex ſtipulatione interpoſita per ſeipſum non negat quin actio det̄. alij vt Jac. de ra. rn̄dent ad. q. quod ſi eſſet cautū animo nouandi non poſſet poſtea conueniri: vt. l. delegare. j. de noua.
c ¶ Venio ad verſi. ſed ſi prius[c]. hic dicitur quod q̄n ipſe vellet agere fa. er. non poſſet incontinenti dotem conſequi ꝯtra. ſ. fa. er. l. ſi filia. §. j. Glo. dicit. intellige

¶ Ja. de are. add̄ bal. i. l. cū tibi. C. de euī. ⁊ de natura fideiuſſiōis ē q̄d fideiuſſor ſeruet̄ indēnis bal. ī. l. ꝯſti. C. de vſur. ⁊ vid̄ bal. in ru. C. de ꝓ. ſi. i. vij. q. ⁊ no. ꝙ ſi‑cut filius mortuo p̄re pōt accipere dotē vxoris ſiue ca‑uēdo h̄rdib' de ꝯſeruādo eos idēnes vt hic. iſtud eſt ēt verū in p̄re nepotꝭ ſi viuo co data fuit dos. C. de rei vx. act. l. vnica. §. cū ꝙ ſtipula‑tu. ⁊ ibi bal. ī fi. ⁊. l. ſi fi‑lia. §. hoc ampli'. ff. fa. erciſ.
¶ Rog intelligēdo. ⁊ facit iſte tex. ad. q. ſi marit' egit ad rē dota lē ꝯſtā. ma. ⁊ ſuccubuit an ſolu. mat. vxori agēti obſter excep. rei iu. de q̄ ꝑ bal. in. l. doce. ī fi. C. de rei ven.
¶ Sz ſi ꝑ'. ad iſta vid̄ gl. ⁊ bar. in l. ſi marit'. ⁊ ꝙ ibi di‑xi fa. erciſ.

q̄d hic matrimonium erat ſolutū. ſed ſi conſtaret ita quod vir ſuſtineret one‑ra matrimonij: tunc incontinenti dotē recuperabit. ¶ Quero: quid ad ꝓpo‑ſitum: nonne ſol. ma. vir vxorem debe‑ret alere intra annum: vt no. in. §. exa‑ctio. C. de rei vxo. act. Dicunt doc. intel‑lige q̄d hic erat caſus in quo non debe‑bat alere. ⁊ ideo ſi aliquod lucrū erat medij temporis debet eſſe heredis ſi‑cut quod lucratur ex pacto: vt. l. ij. C. fami. erciſ. Videte. credo quod iſte le‑ges hodie ſint correcte. q2 omne lucrū b quod venit ex dote vel ex eius occaſio‑ne eſt aduentitium. ⁊ debet reddi filio: non autem debet eſſe heredum p̄ris. vt. l. j. C. de bon. que libe. Sed de iure antiquo eſſet diſtinguendum: aut ma‑ritus ab heredibus patris petit actio‑ne ex teſtamento ⁊ incontinenti poteſt vt hic. aut actione fami. erciſc. ⁊ idem ſi matrimonium conſtabat: vt. ſ. eo. l. ij. §. idem querit. ⁊. l. ſi filia. §. j. ſ. fami. erciſ. aut matrimonium erat ſolutum: ⁊ tunc aut vir alimentabat vxorem ſe‑cundū quod no. in. §. exactio. ⁊ idem vt hic ⁊. l. ij. §. idem iul. ſ. eodem. aut eam non alimentabat: ⁊ tunc non poteſt in‑continenti agere: vt hic in fi. ſed hodie c ſecus: vt dixi. ¶ Venio ad verſiculum ſi forte. dixi hic quod debet ſubueniri heredi: quero qua actiōe conuenitur. Reſpon. condictione incerti: vt in gloſ. ¶ Venio ad verſiculum quid ergo: di‑4 citur hic quod † ſi heres ſoceri nō erat ſoluēdo poteſt agere contra maritū. quero qua actione. Tex. hic dicit vtili actione: et ſatis hoc placet mihi: ⁊ ha‑bet multa remedia. Primo habendo ratum in ſubſidium: ⁊ ageret actione mandati vel nego. geſt. argumen. eius quod nota. ſupra eodem. l. ij. §. idē iul. querit. Jtem cum mulier habeat obli‑gata oīa bona ſoceri: ⁊ ſocer habeat conditionem incerti: contra heredes ſoceri illam conditionem incerti vtilē 5 poſſet intentare vxor: vt. l. nomen. C. q̄ res pigno. ob. poſ. Tamen † poſſet du‑bitari. quia gloſſ. videtur dubitare an veniant nomina in tacita hypotheca vt lege heredem. codice de heredit. actio. tamen veritas eſt quod veniūt: poſſet ēt hr̄e actionē de dote ex eq̇tate hui'. l. ⁊. l. fi. ſ. de eo ꝑ quem factū erit.

v Jr vxori. Licet manci‑pia morian‑

* Pro concordia. ¶ Aduerte ſi mulier adhibet aliquē
ad ſtipulandum dotem reddi in vnum caſum tantū:
tunc ſemper videtur adhibitus animo donandi. Ita
intelligitur Bartol. in l. cum maritus. §. fina. ff. de pa
ctis dot. in op. ⁊ in l. que dotis. ff. ſoluto matrimonio.
Contrari⁹ allegatur in d. l. que dotis. per Alexan. in hac l. ſeia. maxime in ſummario. Soluit. d. Alexan. ꝙ in dicto. c. cum maritus. conſtabat de mē te donandi. alia ſol. poſſet dari per illa verba in vnum caſum tantū: quia ita non loquitur Bart. in hac l. ſeia. vel aliter poſſet ſolui ex verbis Bartol. ibidem.

tur eſtimatio eorum certa legata de-
betur. h. d. ¶ Op. imo videtur quod
mortuis mancipiis eſtimatio non de-
beatur: vt. l. quidam. §. ſi tibi. ſ. de leg.
i. ad idem. l. titie. §. ſi. eo. ti. ſol. hic loqui
tur qñ legatur certa quantitas ꝓ pre-
tio ſerui: ſecus ſi ſerui pretium legaret
quantitate non expreſſa: vt ibi ⁊ hoc
forte voluit dicere ro. qui dicit certaꝫ.
¶ Item opp. ⁊ videtur qꝺ teneantur
heredes in quantitate non expreſſa: vt
l. plerique. ⁊ l. res. ſ. de iure do. ſol intel-
lige qꝺ deceſſerunt ſine culpa heredis
ſeu mariti.

Vxori mee. Quero que ratio fuit dubitandi. Re-
ſpon. ratio poterat eſſe:
q2 illud adiectiuū eſtima
ta referatur ad omnia p̄cedentia qꝺ
iuriſconſultus remouet: q2 per hoc le-
gatū fundi corneliani efficeret inutile.
¶ Quero de vtilitate huius. l. reſpon
de vt in glo.

a ¶ Tertio no. ⁊ vide gl. in l. ſi. C. de dona. cauſa mor.
⁊ Moder. in l. que dotis. ſ. ſoluto matrimonio. And.
barba.
b ¶ Teopompus. facit iſta. l. quid ſi vnus teſtis eſt ap
probatus ⁊ datus pro confidato ab vtraque parte an
probet plene bal. in l. in bonefidei. ver. ſed dubitatur
de titio. C. de re. cre. dicit aut partes ꝯſentiunt in per
ſona ⁊ in dicto aut in perſona tantum ⁊ adde qꝺ vbi
perſona eſt approbata ab vtraque parte non requirit
iuramentum ſecundū bart. in l. lucius. in ſi. ſ. de fide-
iuſ. qñ autem dicunt partes ⁊ conueniunt de ſtando
dicto vnius: an faciant plenam fidem. vide glo. ⁊ qꝺ
ibi bal. in ij. col. in l. i. C. de ſen. que ꝓ eo qꝺ intereſt. ⁊
vide ꝙ tenet gl. in c. veniens. ⁊ in c. licet. de teſti.
c ¶ Unus teſtis. not. ꝙ dicto vnius teſtis ſtatur in ca-
ſu iſto. ⁊ idem tenet gl. in c. veniens. ⁊ in c. licet ⁊ in c.
cum nobis. de teſti. adde an ⁊ qñ partes poſſint face
re ꝙ ſtetur dicto vnius ⁊ vide are. in c. propoſuiſti. co.
ñ. de proba. et in c. quoniam contra falſam. col. iij. eo.
titu. Lanfran. de hiria. in repe. eiuſdem in ver. teſtes
columna. xxix. ⁊ Geor. natam in cle. ſepe. in prin. colū
ne tertie de verborum ſignificatione et addentes in
trac a. maleficio. in verſicu. cicatrix. et ad materiam
huius legis vide late dominum Alexandrum in con
ſilio. liiij. ⁊ per totum ⁊ in conſi. cij. co. iij. verſi. ſed pre
miſſis. in ij. vol. I. T.
d ¶ Limita. vt p bal. in l. iuriſiur. C. de teſti. ſ. ſi id ꝙ in
ſcriptis deponit legat al'r non valet talis diſpoſitio.

Si ſeie. Not. ex hac. l. ſi vni legatur
fundus ſimpliciter: alij ve-
ro aio compenſandi cum debito nihilo-
minus faciunt ſibi partes ꝑ concurſuꝫ.
¶ Secundo no. quod in eo quod detra
hitur per falcidiam non faciunt ſibi partes per con-
curſum: tene menti.
1 ☞ Adhibitus ad ſtipulandū dotem non videt ad-
hibitus animo donandi.
2 Adhibitus ad ſtipulandū animo donandi ſi fiat mē-
tio mortis intelligitur cauſa mortis.
* Seia. Adhibit⁹ ad ſtipulādū totā doteꝫ
in dubio nō vr̄ adhibitus aio do-
nandi. Item adhibitus animo donan-
di intelligitur cā mortis: ſi mortis cā eſt mē-
tio. h. d. ¶ No. ex hac. l. tria. primo ꝙ dicit.
ſupra dotē: q2 per hoc vr̄ legare dotē dixi. ſ. eo. l. q̄ ita.
1 ¶ Scdo no. † ꝙ adhibitus ad ſtipulādum in dubio
2 non videtur adhibitus cā donandi. ¶ Tertio † not.[a]
a ꝙ adhibitus ad ſtipulandū aio donādi intelligit cā
mortis ſi fiat mentio mortis. iſtos duos paſſus exami
naui in l. q̄ dotis. ſ. ſo. ma. ¶ Ultimo ſigna glo. vlti-
mam que eſt hic.

Qui dotem. Si cōditio ꝑ parte
eſt poſſibilis ſufficit
ſi ei pareatur in eo qꝺ poſſibile eſt. h. d.
⁊ eſt notabilis caſus. ⁊ hūc paſſuꝫ exa-
te: et illa in dubio videt venire extrinſecus. et ideo dico in dubio. † quia ſi teſtator vellet impedire tranſmiſſionē poſſet vt eſt caſus in l. in cōditionib⁹. d §. j. ſ. eo. ¶ Oppo. et videtur qd conditiones extrinſece impediant tranſmiſſionem: vt. l. miles. §. pro parte. cū 2 glo. ſ. de lega. ij. So. debes limitare[a] hoc dictum. † conditio tacita que venit extra teſtamentum non impedit trāſmiſſionem: niſi veniat ex poteſtate legatarij[b]. tunc enim impedit. vt. d. l. miles. §. pro parte. et no. in l. filio. ſ. de legat. j. tetigi in l. qui filiabus. §. ſi. et l. ſeq. eo. ti.

☞ Allegans contraria non auditur

# Titie.

† Allegans contraria non audit. hoc dicit. ¶ Oppo. et videtur quod iſta veniat tantum vt nupta. nam primum legatum petit vt nupta cōditione habita pro nulla. Itē ſm petit adhuc vt nupta et ſic non eſt contraria. Reſpondeo per. l. mulieri et titio. ſ. eo. vbi dicitur ꝙ mulier admittitur. perinde ac ſi cōditio eſſet imple e ta: et ſic habet vt vidua: et ſm petit vt nupta et ideo eſt ſibi cōtraria. ¶ Op. de. l. pompo. §. ſed nec impuberis. ſ. de inoffic. teſta. Solu. ibi excipiendo hic agendo. vel ibi contra diuerſos hic cōtra eundem. de quo dic per Dy. in. c.[c] nullus pluribus. de regu. iur. lib. vj. et f

b ¶ In poteſtate legatarij. limita vt hic per Imo. ſi conditio deficit morte legatarij alīs videretur ſecus: licet penderet a voluntate legatarij per. l. qui ſub cōditione. §. ſi. de condi. inſtitu. cum gloſ.

c ¶ Dy. in. c. et ad no. hic p Dy. vide no. Bal. in aut. q rem. in prin. C. de ſacroſan. eccle.

d ¶ Cadebat voluntas. et no. Bar. in l. j. ſ. de vulg. et pu. in. ij. q. prin. et imol. in l. ex poſtfacto. la. j. de hered. inſtitu.

e ¶ Conditionum. et vide Ludo. Ro. in conſilio. xiiij. incipiē. idem videtur concludendum. vbi loquitur prolixe quando verba improprientur. Andre. Barba. ¶ Conditionum hunc. §. alleg. no. Bal. in l. neq. de procurato.

f ¶ Noua confirmatio. melior eſt ſolu. quā propoſuit Bar. in l. in pupillari. de vulg. et pupil. hic alleg.

per Cy. in l. j. C. de ſenten.

☞ Nolle non dicitur qui non poteſt velle.
Subſtitutio facta in caſum ſi noluerit an porrigatur ad alium caſum ſi non poterit.

# Pater ſeuerinā.

Non † dicitur nolle qui non poteſt velle. h. d. ¶ Opponi. gloſſ. de. l. qui vas. §. vetare. j. de furt. Solu. ibi loquitur in prohibente petere et ibi erat perſona in quam cadebat voluntas[d] et voluntas. vos videtis quod hec conditio ſi noluerit non verificatur per euentum ſi non potuerit imo deficit conditio omnino. et videtis hic. Hoc † videtur contra id quod dixi vobis quod vulgaris ſubſtitutio facta in vnum caſum ſi noluerit porrigitur in alium ſi non potuerit: vt plene dixi in l. vlti. C. de inſti. et ſubſti. et in l. gallus. §. et quid ſi tantum. ſ. de libe. et poſthu. et vidiſtis no. in l. ex facto. ſ. de heredi. inſtitu. et ibi dixi me dicturum hic. Ray. in tractatu ſubſtitutionum dicit quod illa l. vltima. loquitur in inſtitutione et ſubſtitutione. hic loquitur in legatis ſed quid factum? nam ſubſtitutio vulgaris habet locum in legatis ſicut in hereditatibus. vt. l. titius et ſeius. cum duabus. ll. ſequen. ſ. de here. inſti. Dic ergo quod hic fuit facta ſubſtitutio in pena ſi nollet nubere: ſed vbi omnino non eſt deductum nō eſt pena. vt. l. aliud eſt fraus. j. de verb. ſigni. iſta ergo mulier que non potuit eſſe ſi vellet non debet priuari legato.

# Ita fideicommiſſo.

Non videtur ſine liberis decedere qui incertum filium reliquit. h. d.

# Conditionum.

[e] Verba vſq ad tempus poſſunt ſtare in propria ſignificatione et poſt tempus tranſire ad impropriam hoc dicit. et eſt nota. caſus et facit multum ad materiam ſubſtitutionis compendioſe. ¶ Opponi. gloſſ. multum fortiter de. l. verbis ciuilibus. et. l. in pupillari. ſ. de vulga. et pupil. vbi verba directa nunquam obliquantur: Glo. nō ſolu. Ray. dicit quod hoc ideo: quia interuenerat noua confirmatio[f] iudicis que cōfirmatio in ſubſtitutione interuenire nō poteſt. Sed quid ad factum? Ego non recordor quid dixi in lege precibus. C. de impub. nunc dico ſic quod iſta. l. ſecūdum corticem verborum facit multum contra. Sed bene reſpiciēdo nil facit. Dico ergo diſpoſitio de qua hic loquitur habet cauſam continuam et ſucceſſiuā in parte temporis: omni enim parte temporis gerit tutelam: vnde merito de neceſſitate debemus intelligere teſtatorem ſic intellexiſſe: ſed ſubſtitutio compēdioſa non habet cauſam continuam et ſucceſſiuam quia nō poteſt mori toto illo tempore: ſed in vno puncto tantum: et ideo teſtator vniformiter intellegit. et ideo ſi fuerunt ſemel directa nunquam obliquātur. ¶ Item oppo. gloſſ. de. l. ſi. ſ. manda. Solu. illa concordat non diſcordat.

1 ☞ Expectare mortem viri quando ſit triſte.
2 Mulieres omnes ſunt male.
3 Conditio affirmatiua reſoluitur in tacitam negatiuam.

# Socrus.

Conditio que poteſt impleri in vita legatarij expectat nec eſt locus mu



tiane cautioni. hoc dicit. ¶ Opponitur quod expe a ctare illam conditionem ſit triſte. vt. l. cum tale. in prīcip. ſ. eod. Sol. qd non eſt aliquando mulieri triſte.
1 Hec ratio † non videtur bona q: imo triſtantur bone b mulieres. vt. l. ſi. in fin. j. reſp. C. de iure dotium. Ray. dicebat ꝙ mulieres male gaudēt: bone triſtātur. ſed regula eſt ꝙ omnes mulieres ſunt male. vt in aut. vt ma. debi. aut credi. §. q: vero. ergo inſpicitur qd cōiter accidit. iſta ratio nō eſt bona. q: mulieres diligūt virum etiam vltra filios. Quare. dico quod poteſt eſſe talis conditionis vir: et vxor qd expectare mortem viri non eſſet triſte: vt ſi vir eſt ſenex vxor iuuenis. vt e
2 dixi in lege mutiane. ſ. eodē. ¶ Vltimo not. † quod conditio affirmatiua reſoluitur in tacitam negatiuam: vt hic. cui conco: l. cum ita. ſ. eo. l. mutiane. et dixi. ſ. eodem.

# Fideicommiſſa.

a [a] Dictio quandiu: facit conditionem. hoc dicit. f ¶ Opponitur de. l. fina. C. de condi. inſer. Solut. vt in gloſſa.

1 ☞ Diſpoſitio huius. l. quod habeat locum quando ſubſtitutio ſit a matre vel ab aſcendēte per lineā maternam.
Habet locum in filio naturali. et
Habet locū ſi ſubſtitutio fiat nepoti emācipato.
2 Diſpoſitio huius. l. non habet locū in aſcendēte rogato a deſcendente.
3 Rogat[a] reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis vel cū liberis deſcendētibus intra. xx. an. intelligit qd dicti liberi decedant ſine filijs.
4 Rogatus reſtituere ſi deceſſerit ſine filijs maſculis qd non intelligit de feminis: ſed femine debēt dotari arbitrio boni viri.
5 Rogatus reſtituere ſi deceſſerit ſine filijs maſculis et ſi habuerit feminas reſtituat centū ſi rogatus deceſſit cū maſculis et feminis an habeat locum fideicommiſſum.

# Generalis.

Jn fideicommiſſo vniuerſali relicto a filio poſt mortē ſubintelligitur ſi deceſſerit ſine filijs. h. d. et multū admiratur imperator de hoc caſu in. l. cum acutiſſimi. C. de fideicō. et hoc qn̄ rogatur poſt mortem:
b ſecus ſi in vita qd dic vt ibi[b]: et etiā poteſt eſſe ratio: q: ſicut teſtator ptulit ſubſtitutū filio eadē rōne ne
1 poti. ¶ Quero † qd ſi talis ſubſtitutio ſit a matre vl g
c ab aſcendēte per lineā maternā. Reſpōdeo idē[c] et eadem eſt ratio: q: hz locū in filijs naturalibus. vt. l. generaliter. §. cum autē. ſ. de inſti. et ſubſti. et no. ibi idē ergo ſi fiat ſubſtitutio nepoti emancipato: ſecus ſi ex
2 traneo. vt no. in. d. l. cum acutiſſimi. ¶ Quero † quid e ſi deſcendens rogat aſcendentē. Rn̄. puto qd non ſit f
d idem[d] q: nō eſt ratio eadē. et hec lex et ſimiles loquūtur ſolum de deſcendentib⁹ rogatis: ſecus in aſcēdētibus vel extraneis. et ita videtur tenere glo. j. ad tre
3 bel. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ¶ Quero † aliquis rogatus eſt reſtituere ſi deceſſerit ſine liberis vel cū liberis decedentibus intra. xx. an. an intelligat quod dicti liberi decedant ſine filijs. Puto quod ſic p hāc l. et l. cum acutiſſimi. C. de fideicō. etiam ſi dicti liberi ſunt concepti et nati poſt mortem teſtatoris. arg. j. de
4 bo. q li. l. paulus. §. paulus. ¶ Quero † dicit teſtator g

rogo filiū ꝙ reſtituat ſi deceſſerit ſine filijs maſculis an ſubintelligat vel feminis. ¶ Vr ꝙ ſic p hāc. l. et ſi. les. Cōtrariū puto ꝙ ex eo ꝙ voluit maſculos excludere ſubſtitutos vr voluiſſe e ꝙ femine nō excluderēt[e]. arg. ſ. e. l. cū ita. puto tn̄ filias debere cōpetēter dotari ab ipo filio p aut. res que. C. cōia de le. et qd dixi. j. ad treb. l. a filia. vel ſi ipſe fili⁹ nō facit dotabit a iudice. ar. de iure dotium. l. pfectitia. circa principi. ¶ Quero quid[f] ſi dixit † ſi filius
5 meus deceſſerit ſine filijs maſculis: † et ſi habuerit feminas reſtituat tantū. cōtigit ꝙ deceſſit cum filijs maſcu c lis et feminis. an debeat legatū. Et vr ꝙ ſic. vt. ſ. de lib. et poſth. l. ſi ita. Contrariū dico: q: illud de equitate fauore teſtamēti et inſtitutiōis cōſeruande: de rigore ſec⁹. vt ibi dr. in hoc ergo fideicōmiſſo qd eſt onus hoc nō erit: ſz vr deſecta cōditio. vt. ſ. e. l. in cōditionibus. §. ſina.

# Si ita legatum.

¶ No. caſuz de quo feci magnū feſtū i. l. i illa. et. l. h iure. j. de ṽ. ob. ¶ Querit gl. vtrū heres illius titij incōtinēti petat legatū vel debeat expectare. Rn̄deo: dicit ꝙ dz expectare diē. bul. cō gl. tz opi. Ro. q: fuit d dies appoſita diſpōi. et iō qn̄ apponit diſpōni non curo qn̄ veniat cōditio: q: ſemp expectat dies: ſz qn̄ appōit dies cōdōni: vt ſi nauis ex aſia venerit itra x. an. tūc hz locū diſtictio facta p me i l. hoc iure. et l. in illa. j. de ṽ. ob. tetigi i l. iiij. ſ. e. et l. cū tale. §. meuie. ſ. e. quā diſtictionē didici ex hac. l.

# Hom qui.

[g] Non nocet medio tempo

a ¶ Fideicōmiſſa. vide no. per Imo. in l. cum teſtamēto. ad finem. ſ. eod. poſt Cyn. et Bald. in l. j. C. de inſti. et ſubſti.

b ¶ Quod dic vt ibi. pro quo eſt caſus in l. liberto. §. filium. de annu. leg. et idem firmat in. d. l. cum acutiſſimi. et in l. ex facto. §. ſi qs rogatus el. j. ad tre. adde ad hāc pc. de ancha. cōſi. ccccxxvij. And. ſicul. lū cōſil. xx viij. lib. ij. et Pau. de caſt. conſi. lxxix. et ccclv.

c ¶ Rn̄deo idem. vide Bart. in l. q filium. §. ſabin⁹. ad treb. idem et Cyn. in l. generaliter. C. de inſti. et ſubſti. et Angel. et Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad trebel.

d ¶ Non ſit idē Cy. cōtra in. d. l. generaliter. §. cum ait p. l. nā et ſi parentib⁹. de inoff. teſta. ſz bart. verū dicit ſcdm imo. hic et bn̄. p ang. et imo. in l. ex facto. §. ſi derogat⁹ i. ij. colū. ad trebel.

e ¶ Nō excluderēt. meli⁹ loquit hic Imo.

f ¶ Quero qd. adde in ſili no. q. poſitā p Bart. in l. ſi extrane⁹. de cōdi. ob cau. in cōtrariū facit. l. titie textores. de le. j. niſi rn̄deat ꝙ iō hoc eſt. q: cōditio dz ſtricte et ſpecifice ipleri. l. q hrdi i pn̄ et. l. mecui⁹. ſ. eo. Sz tūc in cōtrariū facit deciſio bal. i. l. ſi. i pn̄. C. cōia de le. i ṽ. pone teſtō: dixit niſi dicas ꝙ ibi loquit i ſepatiōibus in legato librorum medicine et iuris ciui. qd ſepabile ē: iō iudicat de mixto put de qlibet ſimplici de p ſe. d. §. ſi ꝓo mixte. in aut. de nō eli. ſcdo nub. et no. Ang. in l. ij. in prin. de ver. obli.

g And. po. ¶ Eū q. et vide ang. et do. meū. in l. ſed ſi

conditione. §. ſolemus. ff. de here. inſti.

a ¶ Hoc gen⁹. adõ ꝙ p̃ hãc. l. ꝯſuluit Old. cõſ. xvj.

b ¶ Ablatiui abſoluti. ⁊ q̃d in ꝯtractib⁹ vide bar. in. l. ab emptiõe in pn̄. de pac. per illum tex.

c ¶ Op. ⁊ vt̃. No. bñ ꝙ in dubio ṽba q̃ poſſunt ſe habeꝛ ad modũ ⁊ ad cõditionẽ ſic debẽt iterpꝛetari: vt conditionẽ ſuppoꝛtent bart. vt̃ tenere ꝯtrariũ in. l. cuʒ moꝛa. i pn. C. de tranſ ac. cũ quo ꝯcoꝛ. Bal. i. l. ⁊ ſi poſt tres. in. vj. colũ. ſi q̃s cau.

And. Po.

d ¶ Tu dic. limita per gl. i. l. ij. i v̄bo filio pꝛecedẽti. ff. d vul. ⁊ pup. vide Panoꝛ. ꝯſi. xcĩ. in. ij. col. in. iij. vol. ⁊ Bar. cõſil. lj. in. xxxiij. col. in. j. volu.

e ¶ Oppo. Adde bal. in. l. j. §. filium. j. de contrata. tabul.

re quẽ ex iuſta cauſa ante exiſtentiam conditionis perdere ciuitatem. h. d. vi diſtis in. l. intercedit. ff. eodem ⁊. l. ſed ſi in condi. §. ſolemus. ff. de heredi. inſtituen. ¶ Opponi. de heredi. inſtitu. l. ſi alienum. §. in extraneis. ⁊ inſtit. de here. qua. ⁊ diffe. §. in extraneis. Dicit gloſſ. aliud in hereditate: aliud in legatis. dicam de hoc in dic̃ta. l. ſi alienum. §. in extraneis. ¶ Quero quare dicitur ante apertas tabulas. Dicit gloſſ. quia ſecundum hec iura cedebat dies ab apertura tabularuʒ. hoc eſt falſum: quia cedebat a die moꝛtis olim ſicut hodie. vt. l. ſi poſt diem. §. j. quando di. le. ce. ⁊. l. j. §. j. C. de caduc. 1 tol. loquitur de. l. papi. que fuit poſt tẽ b poꝛa ſſoꝛum. ante tempoꝛa codicis. dixi de hoc in. l. ſi duobus. ff. de legatis pꝛimo. ¶ Querit gloſſ. quid ſi legatum eſt purum. ⁊ fuit factum in diem 2 certum non capaci. Gloſſ. dicit quod inſpicitur tempus conditi teſtamenti c vt. l. iij. §. quando autem. j. de iure fiſ. hoc non eſt verum. vt no. in. l. ſi cognatis. ff. de reb. du. ⁊. ff. de re. ca. l. ij. ⁊ ibi plene dicam. tangit Dy. in. l. moꝛtis. j. de do. cau. moꝛ.

## S I fundum.

Alienatio rei legate ſub cõditione vel impo d ſitio ſeruitutis irritatur con ditione aduenĩete. h. dicit. ¶ Querit glo. vtrum interim valeat alienatio ⁊ ſeruitutis impoſitio. Dicit gloſſ. olim e ſic: hodie non. vide glo. ſup v̄bo finiet ibi col. iiij. §. j. ⁊ dic cõtrarium ibi. not. Alias gl. ꝯtrarias dixi in. l. ſeruo legato. §. j. ff. de leg. j.

## H Ogenius.

a Conditio[a] que poteſt impleri viuo legatario nõ impletur pꝛeſtita cautione mutiana. h. d. ¶ Quero an debeamus expectare moꝛtem titij. Glo. dicit quod ſic. Sed quare non ſic in pꝛohibitiõe intelligit de pꝛimis nuptijs ſicut in permiſſiõe. gloſ. reſpond. multum bene. et ideo no. gloſſ. ⁊ tene eam menti.

## A Liquando.

Expreſſio eoꝛũ que tacite inſunt nil operat. Item cõditio tacita ex teſtamento pꝛoueniens impedit tranſmiſſionem. h. d. ¶ Opp. ⁊ videtur qđ expꝛeſſio eoꝛum que tacite inſunt aliquid operet. vt. l. ſi ita. §. illi ſi volet. ff. de lega. j. ⁊. l. ſi ita. ff. eo. Solũ. glo. quod conditio illa non eſt tacita imo ſtatim ibi acquiritur ſibi etiam ⁊ ignoranti licet poſſit poſtea repudiare. de qua repudiatione dicvt. l. ſi quis. ff. de condi. inſti.

## L Ibertis.

¶ Dictio hoc amplius: non ſolum eſt repetitiua legati: ſed etiam conditionis pꝛeambule. hoc dicit.

1 Ablatiui abſoluti faciunt conditionẽ. ⁊ quãdo fideicom. nu. 3.

2 Modus quãquam de futuro non impedit tranſmiſſionem.

4 Fideicõmiſſum ꝙ trãſmittat ad heredes lʒ hereditas non adita non tranſmittatur.

## A Teſtatoꝛe.

Ad heredem ius implendi conditionẽ non trãſit vt fideicõmiſſum pficiat. h. d. ⁊ ẽ no. l. ¶ No. 1 ꝙ ablatiui abſoluti[b] faciũt cõditiõẽ. vt hic ibi acceptis ⁊c. ita no. glo. in. l. cũ ab eo. ff. de cõtrahen. emp. lʒ gl. aliter dicat. dic vt ſtatim dicam. Scdo no. qđ dixi in ſummario. ¶ Tertio no. hic a contrario ſenſu quod modus 2 quãquam de futuro nõ impedit tranſmiſſionem. videbitis tex. in. l. poſt diẽ. §. iiſdem. j. quãdo di. le. ce. ¶ Op. ⁊ videt[c] ꝙ in dubio pꝛeſumit mod⁹ nõ conditio. vt. l. cũ ab eo. ff. de ꝯtrahen. emp. Gloſſ. reſpondet quod ibi non dicit quod in dubio nõ pꝛeſumatur. ſed dicit qđ debet inſpici qđ eſt actũ. ¶ Sed oppo. per dictionem vt: inducit modus. per ſi: conditio. ſed hic non eſt ſi. ergo videt ob. l. cas cauſas. ff. e. dicit gl. expone vt p̃ ſi. ſed certe tunc eſſet mala grãmatica. Quare glo. l. cum ab eo: dicit qđ aliqñ inducitur cõditio per vt. ſicut eſt hic. Tu dic[d] qđ hic iducit conditio ex virtute ablatiuoꝝ poſitoꝝum abſolute. dic vt dixi in. l. quibus diebus. §. fi. ff. e. Modo venio extra glo. ⁊ hoc dimiſi dicere. ff. eo. l. j. ⁊ ſunt multum dubia. ¶ Opp.[e] nã iſta verba acceptis nũmis: inducunt fideicommiſſum purũ. vt. l. fideicõmiſſa. §. cum eſſet. ff. de leg. iij. ⁊ hoc indubitãter eſt verũ inter heredes. vt no. in. l. in ratione. §. tametſi. j. titulo pꝛoxi. ⁊ hic erant coheredes. Quid dicemus? dico ꝙ 3 iſti ablatiui abſoluti faciunt conditionẽ 1. quãdo nõ poſſunt inducere fideicommiſſum. vel ex natura pſone cui adijcitur. q: non poteſt grauari. vel ex natura rei. arg. eius qđ no. in. l. in ratione. §. tametſi. j. tit. j. ⁊ ita debet intelligi qđ dixi. ff. eo. l. j. ſed quando referũtur ad perſonã ⁊ ad rem in qua poteſt cadere fideicommiſſum inducunt fideicõmiſſum quãtum ad ſe. vt hic. ⁊ eſt caſus in. l. fideicommiſſa. §. cũ eſſet. ff. de leg. iij. ⁊. l. ſi ſeru⁹ legat⁹. §. qui margaritã. ff. de leg. j. Sed quo ad aliud habeant vim conditionis vt hic et volo dicere ſic. Titia heres mi accepꝛis centum a titio reſtituas hereditatem titie coheredi. illa centum ſunt in fideicommiſſo quo ad illam titiã ⁊ ſunt in conditione quo ad hereditatem. vt ſit perinde ac ſi diceret titia det centum et ſi centum dederit hereditatem accipiat. hic eſt caſus no. et ideo non poterit habere hereditatem niſi illa centum det. Dicta



tu quod iſta ſolu. eſt contra ea que dicta ſunt. ff. eo. l. a cui fundus. quando conditio habet diſpoſitionem precedentem: ius adimplendi conditionẽ tranſit ad heredem. vt. l. diem. §. j. ff. de arbi. et dixi in. l. cui fundus. ⁊ doc. in. l. pe. C. e. ti. ſed hic habet pꝛecedentem diſpoſitionẽ. ergo ⁊c. Sol. illud eſt verũ quãdo habet pꝛecedentẽ diſpoſitionẽ quo ad hoc vt damnum euitet vt ibi. non vt lucrũ conſequat vt hic. ¶ Item oppo. de. l. ſi pꝛedio. in pꝛinc. j. de in diem adiec. ⁊ foꝛtifico cõtrarium per hoc quod dixi in. l. cui fundus. Quando ille qui debet obligari ex implemento cõditionis aliquid accipit: ius implẽdi cõditionẽ trãſit ad heredẽ. vt eſt caſus in. l. ij. C. de pac. inter emp. et vẽdi. Sed hic aliq̃d accepit ergo ius implẽdi cõditionem debet tranſire ad heredẽ. So. illud eſt verum in contractibus. in vltimis voluntatibus non pꝛocedit vt no. ibi. Uel dic qđ ille qui implet conditionem conſequit aliquid ex cauſa onerosa vt ibi: ſecus ſi ex cauſa lucratiua vt hic. ¶ Op. ad vltimum notabile quod dixi quod modus q̃ꝙ de futuro nõ impedit tranſmiſſionẽ vt hic a contrario ſenſu. nam 1 imo videt quod hereditas non poſſit reſtitui niſi ei cui teſtatoꝛ iuſſerit reſtitui vt. l. ſi mulier. §. ex aſſe. de iure dotiũ. Reſpondeo non poteſt reſtitui alij: ſcʒ in rem ſuam pꝛocura. vt ibi. ſed heredi qui repꝛeſentat 4 perſonã defuncti: ſic vt hic. Sed op. 1 hereditas nõ adita non tranſmittit. vt. l. j. §. in nouiſſimo. C. de ca b du. tol. eadẽ ratiõe nec fideicõmiſſum debet trãſire: cum fideicõmiſſarius quodãmodo ſit heres vt. l. ſi filius. §. j. quod cum eo. et. j. ad treb. l. poſtulante. §. j. Gl. fatetur contrarium. et hoc non debet exponi ſic quia ſi ſic exponeretur eſſet male poſituʒ. ⁊ ita tenet glo. in. l. cum filio. ff. de lega. j. Ita tenet Azo in ſumma. C. de fideicom. circa ſi. ij. col. Contrariũ eſt veri 1 tas ⁊ ita tenent omnes doc vt patet in. l. cogi. §. idem metianus. ⁊. l. poſtulante. ad treb. et. l. apud iul. §. antiſtia. eo. ti. ⁊ ibi no. et pꝛobatur per hãc. l. ⁊ eſt caſus in. l. iij. et. l. ſi in perſonã. C. de fideicõ. ⁊ Dy. ⁊ alij moderni hoc tenent in. l. cum filio. ff. de lega. j. Ad rationem quam dicit ſicut hereditas non tranſmittitur c ante aditionem ſic nec fideicommiſſum. Dy. reſpondet quod hereditas ante aditionem non tranſmittitur d quia heres nullum ius habet. Sed ſi decedat intra annum qui datur ad deliberandum intra illum annum tranſmittitur. vt. l. cum antiquioꝛibus. C. de iure delib. Sed fideicommiſſarius habet actionem ex teſtamento. et ideo illa actio tranſmittitur vt dicit Dy. hic. et ego ſcribo in lege cum filio. ff. de leg. j.

## S I inuitis.

Opp. et videtur qđ heredes inuiti non poſſunt reuocare cum teneantur actione in factum. vt. l. iij. §. fin. de condi. ob cau. Solu. de rigoꝛe poſſunt de equitate repelluntur ſm glo.

## Q Ui ſub conditione.

No. hunc tex. ⁊ habuiſtis in. l. cum ſeruus. ⁊. l. ſi cui. ff. eod. Hic dicitur quod debet pꝛobare ꝙ nihil ſubtraxit: qualiter pꝛobetur. Reſpondeo pꝛobatur eo ipſo quod nõ pꝛobatur cõtrarium. vt. l. ſuper ſeruis. C. qui mili. nõ 1 a poſ. li. xij. ¶ Quero qualiter[a] poterit pꝛobare quod a ¶ Quero qualiter. Qualiter pꝛobetur quem diligenter expendiſſe. ⁊ vide Bar. in. l. cũ ſeruus. ff. eo. ⁊ Imo. hic. et vide qđ no. Bar. in. l. ſi autẽ. C. ad mac. et Bar. in. l. diu⁹. ſi cui plus q̃ per. l. fal. ⁊ qđ ibi dixi. et qualiter pꝛobent expẽſe in melioꝛatione rei. Bal. in. l. ſi p̃ emptio. d eui. ⁊ vide bar. in. l. fi. §. in cõputatione. de iur. delib. et ibi Bal.

iſtud quod ſcripſit eſt verum. Dic. quedam ſunt perſone que non tenentur. et earum ſtatur iuramẽto. vt. l. ſi quis pꝛo redemptione. C. de donat. ⁊ in. l. j. j. ſi cui plus quã per. l. fal. Sed in caſu legis noſtre dico quod pꝛobat eo ipſo qđ pꝛobatur quod bonus vir tantum expendiſſet in hoc. hic eſt caſus in. l. fi. b C. de ali. pu. pꝛe. ⁊ tunc credo quod nõ ſufficeret dicere expendi tantũ in illa domo et tantum expendiſſet bonus vir. vt pꝛobat in. l. j. C. de ero. mili. an. li. xij. quod tene menti quia notabile.

b ¶ Ab oĩbus impleri. vide qđ dixi poſt Bar. in. l. ſi mihi et titio. de ver. obli. et ponit Bal. in. l. j. i. viij. q. C. qñ non pe. par.

1 Conditio indiuidua poteſt p̃ vnũ ex pluribus impleri ⁊ pꝛoderit omnibus niſi voluñtas defuncti ſit cõtraria.

## T Ales.

Conditio indiuidua pluribus appoſita non poteſt niſi c ab omnibus impleri[b]. diuidua vero ex cauſa diuiditur tam ex parte implentiũ quã ex parte eoꝛũ in quoꝛum perſonis debet impleri. h. d. vſq; ad. §. pꝛiſcus. ¶ Op. dicitur hic quod conditio in d diuidua non poteſt impleri per vnum contra. C. eo. l. pe. Solu. fateoꝛ 1 quod poteſt impleri per vnum vt pꝛoſit ſibi tantũ: vt ibi. non autem vt pꝛoſit omnibus. niſi cõtraria ſit voluñtas defuncti. ita pꝛobatur ibi ⁊ in eo qđ dicit gl. qđ pꝛodeſt omnib⁹ male dicit. de hac materia[c] qualiter ſcindat ius implendi. dixi. ff. eo. l. cui fundus.

c ¶ De hac materia. vide Bar. in l. ſi peculiũ ſeruo. d ſtatuliber.

d ¶ Pꝛiſcus reſpondet. hunc textũ alle. Bal. in. l. j. i. vij. q. C. de inſti. et ſubſti. alle. Bart. in. l. j. in verſicu. quero iudex. de li. lega.

## Pꝛiſcus reſpondet.[a]

Statuliber debet rationem reddere vbi iudici videbitur. h. d. ¶ No. hanc legem ⁊ facit ad materiã. l. item illa. ff. de conſti. pec. facit etiam ad totũ titu. C. vbi de crimi. agi opoꝛ.

## C Um filius.

Nõ dicitur qs poſſe adminiſtrare res ſuas ante viceſimumquintũ annũ. h. d. et eſt notabilis text.

¶ Ad legem falcidiam. Ru.

¶ Dictum eſt ſupꝛa de legatis verum q: de legatis detrahitur falcidia igit ſequitur videre de lege falcidia.

1 Lex falcidia a falcidio dicta: vel a falce: ⁊ q: ſicut falx reſecat.

a ¶ Pro falcidia. adde Pau. de ca. conſi. cxcix.
b ¶ Quero ſi ſtatutū diſponit. et vide Bal. i. l. j. C. de cōſti. pecu. ꝛ vide tex. in. l. iij. §. ſi rem de lega. iij. ꝛ vide tex. in. l. magiſtratus. ad muni. ꝛ vide gl. in. l. fi. §. in cōputatione. C. de iure delib. et vide q̄ dixi in. c. j. de reſcrip. Andreas Barba.
c ¶ Statutum diſponit: adde Joā. an. in c. j. de fil. p̄ſ. byt. in nouella in. vj. et in titu. de teſta. in rubꝛ. Bal. in. l. j. C. de conſtit. pecu. Alexā. hic ꝛ Feli. pleniſſime in. c. j. in vj. char. extra. de reſcrip. ¶ Uſq;. adde: de hac dictione et multis alijs: Oldra. cōſilio. xlix.
d ¶ Quero an iſtud. et de hoc plene dixi in mea diſputatiōe quā deo iuuāte: in ſcdo anno ſtudij mei feci in hac alma ꝛ magr. vrbe Bononie ꝛc. Andre. Barba.

1 Pretor ius ciuile non tollit ipſo iure ſʒ exceptione ſic.
2 Statutū quod filia ſit cōtenta de dote pro falcidia debita in bonis patris intelligitur pro legitima.
Uerba debent intelligi ſm qualitatē perſone ad quam referuntur.
3 Statutum diſponēs illud quod prius eſt diſpoſitum de iure communi dicit ius municipale ꝛ non commune.
4 Dictio vſq;: quid ſignificet remiſſiue.

## Lex falcidia

Lex falcidia lata eſt. Diuidiʒ tur in tres partes. b primo ponit ordo quo lex falcidia fuit introducta vſq; ibi que primo capite. ibi ponūtur mēs et verba primi capitis vſq; ibi ſcdo ibi. ponitur mens et verba ſecundi capitis vſq; ad. §. l. fal. ¶ 1 † Quero quare iſta lex appellatur. l. fal. Gloſ. dicit qd̄ appellatur a falcidio conſule ſicut publiciana. Sed contra iſte falcidius nō debet poſſe tollere legem. xij. tab. ipſo iure ſicut nec pretor poteſt ius ciuile tollere. vt. §. quos autē. inſt. de bo. poſ. et probatur in. l. filium. §. ſed quemadmodum. j. de bo. poſ. contra tab. ꝛ. l. ex duobus. §. fi. ſ. de vulg. ꝛ pup. Solu. fateor quod pretor ipſo iure nō poteſt tollere ius ciuile. ſed per exceptionem ſic. ſed iſte falcidius fuit cōſul. qui poteſt ipſo iure ius ciuile tollere. Alij dicunt quod iſte falcidius fuit tribunꝰ. Ita habetur in decre. ij. diſtinc. c. quedam. Alij dicunt quod. l. falc. dicitur a falce. quia ſicut falx reſecat granum: ita lex falcidia reſecat legatū. ¶ Quidam 4 c damnāt iſtam opi. quia in primo capite iſtius. l. non reſecantur legata. et tamen lex falcidia appellatur. Sed 1 reſpondeo licet non reſecet. tamē animum reſecandi habuit. Item qꝛ principaliter ad hoc inducit vt reſecaret ideo ab eo nominatur. arg. l. queritur hermaphroditū. ſ. de ſta. ho. hec plus placet quam prima: quia video quod trebellianica appellatur falcidia. vt. l. pater filiam. in princip. j. eod. ꝛ. l. titia. vbi appellatur lex falcidia trebellianica. vt. l. iubemus. C. ad treb. ꝛ ſic dico quod largo ſumpto vocabulo quicqd 1 reſecat poteſt dici falcidia. quod facit. d

2 † pro ſtatutis que ſunt in aliquibus partibus. dicit a ſtatutū ꝙ filia femina ſit contēta dote pro falcidia debita in bonis patris. dicit filia ego volo legitimā meam. quia non eſt fal. Sed quidam doct. bene determinant quod propter communem vſum loquendi intelligatur falcidia. i. legitima. ideo de legitima intelligatur. argu. l. cum delanionis. §. aſinam. ſ. de fun. inſtru. Preterea verba debent intelligi ſecundū qualitatem perſone ad quam referunt. vt. l. plenū. §. equitij. de vſu ꝛ ha. et. l. ſi quis filio exheredato. §. irritum. ſ. de iniuſt. teſta. Pro hoc ego do glo. in. l. ſi patronus. j. de do. et Azo videtur ponere in ſumma in aut. de heredi. ꝛ fal. ¶ Ibi verſi. que primo capite. ¶ Oppo. ꝛ videtur qd̄ habet facultatem legandi a lege. xij. tab. vt. j. de ver. ſig. l. lege obuenire. ꝛ inſti. eo. in prin. Gl. ſolu. dedit. i. datam affirmauit. habet ergo quis poteſtatē condendi teſtamentum ex. l. xij. tab. et ex. l. fal. ¶ Ulterius oppo. et videtur qd̄ quilibet ciuis non poteſt hoc facere. vt. l. ſi queramus. C. de teſt. ſol. vt in gl. ¶ Oppo. inſti. de leg. §. legari. Solu. vt in gl. ¶ Quero † ſi ſtatutum diſponit b illud quod prius erat diſpoſitum de iure communi. an ſit ſtatutum an lex. hoc eſt vtile ſcire propter multa que poſſunt occurrere. Jo. an. in c. j. extra de conſti. lib. vj. tenet quod ſtatutum ſit ius cōmune. ꝛ quod ſit verū probatur per. l. ius ciuile. ſ. de iuſt. ꝛ iur. et per legem ſi creditoꝛ. ſ. de leg. j. ſicut enī ius gētium alteratur cum aliquid adijcitur vel detrahitur: ita et ius ciuile: niſi aliquid addatur vel detrahatur per ius municipale remaneret ius ciuile et pro hoc iſta lex ſecundū expoſitionem gl. In contrariū. quia ſi teſtatoꝛ diſponit ſm ius cōmune vt quia veniētes ab inteſtato inſtituit valet vt vltima voluntas. vt. l. ij. ſ. de iniuſto teſt. et. l. gallus. per totū. ſ. de lib. ꝛ poſthu. Preterea nil prohibet deduci in ſtatutum ciuitatis illud qd̄ eſt de iure cōi. ſicut non prohibetur deduci in ſtipulationem vel in aliam conuentionem. vt in. l. ij. circa prin. ſ. ſolu. mat. et. l. ſi pupillus. in prin. j. de nouatio. et. l. ſi ita ſtipulatio facta. j. de ver. ob. per iſtas vltimas rationes probo ꝙ ſtatutū ſit ius municipale ꝛ ciuile: et addat nouā formā agēdi vt condictione ex ſtatuto agat qui prius poterat de iure communi agere: ꝛ pro hoc iſta lex ſm iſtam expoſitionem quam fecit. Item ſuper eodem: habet locum ius ciuile et pretorium. vt in bo. poſſ. ſm tabu. ꝛ gl. domini Joan. an. puto verā in caſu in quo loquitur: prout ad ſuperioꝛa refertur. ¶ Ultimo † vide hic dictionem vſq;: de cuius ſignificatione ponit Ja. de Are. hic. ꝛ Cy. etiā in. l. a caligato. C. de nup. dixi in. l. patronus. ſ. de leg. iij.

☞ An illud quod reſecatur per falcidiam ſit naturaliter debitum quod ſit contra vltramontanos.

## Secundo capite.

¶ Op. in aut. de trie. ꝛ ſemiſ. poſt prin. ꝛ. C. de inoff. teſt. aut. nouiſſima. So. hic loquit in quarta debita iure inſtitutionis: vt in gl. ¶ Scdo op. qd̄ nō liceat capere: vt. l. non eſt dubiū. C. de leg. So. intellige hanc ſm illam quod debeat capere de voluntate heredis ſcripti vel rem vacantem: vt. l. pe. j. pro lega. vel quia teſtatoꝛ permiſit: vt. l. titia cum teſtamento. §. j. ſ. de leg. ij. alš ſi extra iſtos caſus caperet: perderet legatum: vt dicta lege non dubiū. ¶ Quero † an iſtud d qd̄ reſecatur per falcidiam ſit naturaliter debitum. Et glo. tenet qd̄ ſic. vt. l. cum quis. C. de iur. ꝛ a fac. igno. ꝛ. l. cuius per errorem. j. de regu. iur. ꝛ. l. j. ſ. de condi. inde. docto. vltramon. tenent contrariuʒ p b iſtam. l. qm̄ non permittit diſponere niſi vſq; ad dodrantē: ꝛ quando res reſiſtit obligationi naturalis obligatio impeditur. vt. l. ſi non ſortem. in princ. ſ. de condi. indeb. ſed hic reſiſtit ergo ꝛc. Preterea iſtud a 1 probatur in. l. linea margaritarū. j. eod. ꝛ Cy. tangit in. l. cum quis. ſʒ ſemper reprobaui: ꝛ dico ꝙ imo eſt 2 debitum naturale: vt tex. C. eo. l. j. vbi dicit ſi heres 3 dat ſcienter vltra tunc non videt donare: ergo aliq̄ iure eſt debituʒ alš donatio eſt. dixi vobis in. l. ſi patronus. §. j. j. de do. Ad rationē vltramonta. dic ꝙ lex e fal. non reſiſtit obligationi: ſed non aſſiſtit: qꝛ dicit ita tamen quod quarta ꝛc. Sed contra iſtam ſolu. facit inſtitu. eo. §. j. vbi dicit tex. quod lex falci. prohibet. ſolu. expone prohibet. id eſt non permittit. ſicut dicimꝰ in. l. ſtipulatio. §. alteri. j. de verbo. obli. Ad. l. linea. reſpondeo ꝙ dominium reſcindit: ſed non obligationē naturalem: quia remanet naturalis obligatio prout erat primo.



1 ☞ Statutū qd̄ loquit in coniunctis locum habet in omnibus ꝛ per omnia in extraneis intelligitur in caſibus in quibus poteſt habere locum.
2 Fictio recipit extenſionem paſſiuam.

## Lex fal.

b Ad teſtamentum per fictioneʒ legis cornelie confirmatum pertinet lex falci. h. d. ¶ Opp. ꝛ videt qd̄ omnes leges teſtamentarie non poſſunt habere locum: vt. l. ſi quis filio exheredato. § irritum. ſ. de iniuſt. teſta. ꝛ. l. iij. de verbo. ſigni. Sol. vt in glo. qꝛ ille reſpiciunt veritatem: ꝛ hec lex reſpicit fictionem. iſta probantur per. l. ſi quis exheredato. §. irritum. ſ. de iniuſt. teſta. ꝛ hic not. Moder c † ad hoc quod tota die ſit in ciuitate iſta fuit ſtatutum factum: quod ſtatutum quod loquitur de cōiunctis habeat locuʒ in omnibus ꝛ per omnia in extraneis. intelligitur in caſibus in quibus poteſt habere locum: quia ſi eſſet in ſtatuto primo quod in cōſanguineis proprijs compromittatur non poteſt habere locum in extraneis: ꝛ pro hoc. l. iſta. ¶ Oppo. 2 quod eſt ſm fictionem debet † ſtricte accipi ꝛ nō recipit extenſionem: vt. l. mulieri ꝛ titio. ſ. titu. primo. facit. l. tyrannius. ꝛ quod ibi dixi. j. de fideiuſ. hic dicitur contrarium. Sol. non recipit extenſionem. ſ. actiue hoc eſt vt ipſa fictio extendatur ad alia vt in contrarijs. ſed extenditur paſſiue: hoc eſt vt alie leges teſtamentarie ad ipſam extendantur. hoc tetigi in. l. ij. ſ. de lega. j. ꝛ pono in. l. omnes populi. circa materiam interpretationis. Pone. filiuſfa. poteſt facere teſtamentum per formam ſtatuti: habebuntne locum in eo leges que loquuntur de teſtamento? Certe ſic. d

## Ad eos qui omiſſa.

Falcidia habet locuʒ in legatis que de iure pretorio tantum debentur et in his quorum dies cedit ab adita hereditate: et in his que ex poſt facto an debentur apparet. h. d. ¶ Opponi. quod f non valet legatum factum ei qui eſt apud hoſtes: qꝛ non eſt capax: vnde videtur obſtare quod habuiſtis in. §. in extraneis. inſtitu. de here. quali. et diffe. ſolu. confirmatur per fictionē poſtliminij. vt vidiſtis in. l. illa. §. j. ſ. de here. inſti.

a ¶ Preterea iſtud. ꝛ vide Bal. plene in. l. cū quis. C. de iur. et fac. igno. Andre. Barba.
b ¶ Lex falci. adde qd̄ Pau. de ca. inducit hunc tex. ad. q. quod ſi teſtatoꝛ habens plures filios illos inſtituit et grauauit quod ſi decederent ſine liberis reſtituant hereditatē titio. Si vnus ex p̄dictis fratribus erat cōſtitutus i ſacris qd̄ non cenſetur ille grauatꝰ quia non poterat licite generare filios ad qd̄ vide quod voluit Ro. conſi. cccxxviij. Andreas Poma.
c ¶ Et hic no. Mar. vide Alex. in. l. j. in primo no. in. j. col. ff. de le. j. iūcta gl. in. l. mancipia. in ver. ſubeſt forma. C. de ſer. fugi. et i. l. p̄ncepꝰ cū gl. ff. de leg. Andreas Poma.
d ¶ Certe ſic. vide cō coꝛ. p Car. cōſil. lxx. in princ. in ij. col. vbi limitat.

1 ☞ Relictum deo intelligitur relictū eccleſie.
2 Hic. §. an hodie ſit correctus.
3 Trebellianica an ceſſet in relictis ad pias cauſas.

## Ad municipium.

e Opponi. de. §. ſi autem heres. in auten. de eccl. titu. vnde ſumitur aut. ſimiliter. C. eo. Gloſſ. ſolu. quod hic loquitur quādo relinquitur deo: ibi ad pias cauſas. Iſtam ſol. reprobat per legem ſi quis ad declinandam. §. penul. C. de epiſ. ꝛ cle. Alij dicunt quod eſt differētia an relinquatur deo f vel eccleſie. Sed iſta non eſt vera: qꝛ 1 † quando relinquitur deo videtur relictuʒ eccleſie. vt in. §. ſi quis in nomine. in aut. de eccle. titul. Alij dicunt ꝛ tenent quod iſta corrigitur per illam ꝛ iſtam tenet gloſſ. hic. 2 Alij † vt Oldr. dicunt quod ille. §. ſi autem: loquitur in heredibus qui fuerunt in mora ſoluendi. ꝛ vidi multos doct. hoc dicentes. ꝛ gloſſ. recitat in. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. et cleri. ꝛ doc. vt Jaco. bu. dicunt iſtam eſſe veram de iure. ſed qꝛ Cy. dicit contrarium in aut. ſimiliter. ideo ego non audeo dicere contrarium. Sed mihi videtur quod in corpore non dicatur quod ſit in mora: ſʒ quod per falcidiā recuſabat ſoluere: ꝛ ſi eſſet in mora aliquo modo puniretur vt probatur ex co quod ſequitur in illo. §. ꝛ ex. §. qui eū precedit. ego credo qd̄ iſta lex ſit correcta: ꝛ ita communiter tenet. ¶ Quero quid de quarta d̄bita iure nature? d Et dic vt in gloſſ. ꝛ ſimile in dicta. l. ſi quis ad declinandam. ¶ Quero 3 † vtrum trebellianica ceſſet in relictis ad pias cauſas. dicam in. l. marcellus. §. quod aūt. j. ad treb.

e ¶ Ad municipium: ꝛ de materia huius. §. vide pleniſſime moderā. in autenti. ſimiliter. C. eodem. ꝛ vide text. ſing. in. l. decem. ff. de fideicommiſ. lib. vbi ex legato libertatis non detrahitur falcidia. ꝛ vide ibi Ang. ponentem ſing. opi. And. barb.
f ¶ Deo. adde an relictum vt pingatur imago alicuius ſancti dicatur pium: Angelus conſilio. ccxliij. et an de legatis ad pias cauſas detrahatur falcidia. vide Oldra. conſilio. cxcj. Federic. conſilio centeſimo trigeſimo. et. cl. Roma. conſilio. lxxviij. et cxxxix.

**Non ſolum.** Omnia legata que debent de ſubſtātia teſtatoris proficiſci pertinēt ad l. fal. h. d.

1 ☞ Falcidia non detrahitur de mortis cauſa capione. ⁊ latius nu. 3.

2 Legatum nomine pene de iure ſtorum valet niſi diſpoſitio eſſet opprobrioſa.

4 Imputari quando dicatur ⁊ quādo non.

**Item ſi ita.** Si legatum ſoluatur antequam in aliud transfundatur lex falcidia locum habet ſecus ſi poſtea. Itē ꝙ mortis cauſa datur ad euitandū alterius legati preſtationem ad legē falcidiā non pertinet. h. d. Diuiditur in duas partes. primo loquitur quando legatum incipit a precedenti diſpoſitione ſecundo quando incipit a precedenti conditione. ſecunda ibi: Idemq́ erit.

1 ¶ Not. † primum. hic videtur velle qđ ex mortis cauſa capione non detrahatur falci. ¶ Primo opp. qđ relictum non valet. quia videtur quod ſit relictum nomine pene. vt l. j. de his que 2 pene no. ſol. † ſm tempora antiquiſſima non valet ſed ſm tempora ſtorum ſic. vt hic. niſi pcederet diſpoſitio opprobrioſa. vt not. ſ. tit. j. l. multa. p Dynum. ¶ Op. dicitur in primo caſu penum eſſe in legato contra in. l. j. ſ. de penu leg. Solu. ibi a conditione. hic a diſpoſitione. non eſt verum. quia ibi a diſpoſitione. Dicit gl. non eſt contra q: dicit non poteſt peti ergo non eſt ī legato ſed ſtatim dicam. ¶ Opponitur quod vſq: ad interpellationem poſſit ſoluere. Item vſq: ad litis conteſtationem vt in. l. ſi penum. ff. quando dies leg. ce. Sol. gl. ⁊ fatetur contrarium: ⁊ ſic gloſ. videtur dicere qđ tex. non bene dicat ſed certe iuriſconſultus bene dicit. et dico quod debet intelligi qđ poteſt ſoluere vſq: ad interpellationē. vt l. ſi penum. ſed interpellari non debet in continenti ſed aliquo ſpatio premiſſo. vt l. qđ dicimꝰ. ff. de ſolu. Item vſq: ad litis cōte. ſi alia interpellatio non pcederet. ¶ Venio ad aliam glo. et glo. innuit quod duo ſunt legata. Contra de. l. ſi cum prefinitione. ff. quando di. le. ce. Solu. duo ſunt legata vere. ſed in effectu vnū eſt et iſta eſt veritas. ¶ Vltimo op. de. l. ſi penum. ff. quādo di. le. ce. Gloſ. ſolu. quod licet hic nunq̄ potuit peti tamē fuit in obligatione ciuili et naturali. Alij ſunt in alia opinione qđ nunquā fuit in obligatione. ſed eſt contra. d. l. ſi penum. ⁊ vide iſtam gloſ. tenet ergo glo. qđ qñ incipit a precedenti diſpoſitione nunq̄ eſt in petitione. ſed in obligatione ciuili ⁊ naturali. et iſta videtur probari per. d. l. ſi penum. qñ di. le. ce. Contra iſtam ſo. eſt glo. in. l. obligationū fere in ſi. ff. de act. ⁊ obli. qđ interim eſt in petitione. Alia gl. eſt in. l. duo. ſ. pro ſoc. Dy. et Iaco. de Are. in. l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obli. videntur iſtas gl. tenere. d. Old. in. d. l. ita ſtipulatus: reducit iſtas glo. ad conco. ⁊ dicit quandoq: volo petere quo ad effectum conſecutionis. et tunc non poteſt fieri vt conſequar. ⁊ ratio eſt quia lit. cōte. ſup penu ſtatim nouatur prima obligatio. et incipit deberi quantitas. non ergo in ſententia poterit amodo deduci quod deſinit eſſe in obligatione. ita loquitur hic et. l. j. ſ. de penu leg. Quandoq: peto quo ad effectū inducēde nouationis ſeu tranſactionis ⁊ tūc iſtud bene poſſum facere. ⁊ ſic loquitur gl. contraria. ⁊ pro hoc iſte text. ⁊ hoc approbo in d. l. ita ſtipulatus. ¶ Sed cōtra iſtud opponi. ſenſiter: lex dicit quod ſi lego penū. ⁊ ſi penū nō dederit heres centum dato: quod primum legatum videtur ademptum ſub conditione. vt. l. aliquando. ſ. titu. j. per conſequens videtur datū ſub cōditione cōtraria. vt. l. ſi penū. quā. dies. leg. ce. ⁊ pēdente cōditione datū nō eſt in petitiōe nec in obligatiōe. vt. l. cedere diē. ff. de v. ſig. Quid dicemus? Lādā hīt in additiōe Dy. ⁊ vr dicere qđ iō hoc q: talis cōditio poſt mortē legatarij legatū nō ſuſpendit. q: legatario moriente certū eſt qđ ei penus nō ſoluet. ſed certe lz hoc ſit verū tn̄ ſequitur p hoc ꝙ nō impeditur trāſmiſſio. non autem ſequitur q detur petitio vt dixi. ſ. titu. j. l. heres meus. dic ergo quod tex. dicit quod legatum eſt qđ transfunditur. Ad contrariū reſpōdeo qđ vr ſub cōditione ademptū. ſ. tunc cū extiterit cōditio et hoc videtur velle text. in lege contraria. ibi eo caſu quo centum ⁊c. ⁊ ſic eſt aliud in iſto caſu quo in penam heredis non ſoluentis ſit tranſmiſſio quo caſu primū legatum non deſinit eſſe purum ⁊ ſic poteſt peti: vt hic. ſecus ſi legatum ex alia cauſa ſub conditiōe adi-
3 matur ſeu transferatur. ¶ Quero † vtrum de mor-
a tis cauſa* capione detrahatur falcidia. Videtur qđ non vt hic. ⁊. ff. eo. l. accep. Contrarium videtur. C. eo. l. pe. Et hoc determinauit gloſ. ad iſtam. l. reſpondet gloſſ. quod hoc eſt propter moram heredis. Ad. l. accep. reſpondet gloſ. quod ibi heres accepit non dat. Tangitur latius in. l. qui pretio. ſ. de donatio. cauſa mor. ⁊ inſtit. e. §. j. ⁊ Cyn. in. l. ſi mortis. C. eod. Dyn. re aſſumendo omnia dicta gloſſ. dicit ſic. quandoq: heres accipit mortis cauſa ⁊ non computatur in falci. vt. l. accep. ⁊. l. in quarta. ff. eodem. Quandoq: heres dat: ⁊ tūc aut heres dat contra defuncti voluntatē: aut preter ⁊ non detrahitur fal. vt. l. qui pretio. de dona. cau. mor. Quandoq: dat ſm voluntatem defuncti. ⁊ tunc aut fuit in mora. ⁊ non detrahitur fal. aut in mora non fuit et detrahitur. Sed iſta verba vidētur contra verſicul. idemq: erit. Gloſſ. voluit ad contrarium reſpondere idemq: ſcilicet ſi tamen mora iā facta ſit. Sed certe videtur quod tractat iuriſconſultus. Idemq: ſcz ad detrahendam facidiam. ⁊ ſic non eſt vera diſtinctio Dyn. Preterea falcidia reſecat legatum ipſo iure. vt. l. plautius. et. l. linea margaritarum. ff. eod. ſed tunc heres non pōt eſſe in mora quia nulla eſt petitio. vt. l. ſi pupillus. ff. de verbo. oblig. Preterea quod mora nō priuat falcidia eſt expreſſum in. l. cum pater. §. j. ff. codē. Quid dicemus? Iac. de are. in. d. l. qui pretio: dicit quandoq: mortis cauſa capio datur ad euitandam alicuius legati pſtationem: ⁊ tunc nunq̄ detrahitur falcidia. vt hic. Quandoq: datur ob aliam cauſam. ⁊ tunc bene detrahitur falci. vt. l. pe. C. eo. ⁊ iſta eſt vera: ⁊ iſtam teneatis quam Old. tenebat. ⁊ hoc dixi in. d. l. qui pre-
4 tio. ¶ Quero † qualiter dicitur imputari? Reſpondeo: dicitur imputari quando falci. detrahitur non imputari intelligitur quando falcidia non detrahitur. ⁊ iſtud colligitur ex duabus glo. vna eſt ſuper verbo imputari alia ſuper verbo nec in falcidia.

a ¶ De mortis cā. Adde vt p baldū conſil. cccclxxxiiij ⁊ Ro. conſil. lxxv. et lxxxix.

1 ☞ Vſuſfructus eſt diuiduus: ſz alie ſeruitutes indiuidue. ⁊ nu. 3. ⁊ ibi de ratione.

Falcidia de diuiduis detrahitur de re ipſa. de indiuiduis. de eſtimatione.

2 Omnia eſtimantur vt ſciatur an falcidia debeat detrahi.

4 Eſtimatio vſuſfructus qualiter fiet. vt detrahatur falcidia.

5 Legatum opere ſerui an conſtituat ius in re.

**Si vſuſfructus legatus ſit.** Si aliquod diuiduum ſit legatum de ipſo detrahitur falcidia: non de eſtimatione ipſius: ſed in indiuiduo vtrunq: tamen eſtimatur vt ſciatur an falcidia locū
1 habeat. h. d. ¶ No. † primo quod vſuſfructus eſt diuiduus ⁊ alie ſeruitutes indiuidue. Item not. quod de diuiduis de ipſa re detrahitur falcidia: de indiuiduis de eſtimatione detrahitur falcidia. Item nota
2 quod † omnia eſtimantur vt ſciatur an falci. debeat detrahi. ¶ Oppo. de. l. ſtipulationes non diuiduntur.
3 de verbo. ob. Solu. † omnes ſeruitutes ſunt indiuidue excepto vſufructu vt hic. ⁊ ratio eſt: q: vſuſfructus tantam vtilitatem affert in parte reſpectu partis quantam in toto reſpectu totius. in alijs ſeruitutibus non eſt ſic: vt probatur in. l. executione. §. ſecunda ſpecies. ff. de verbo. ob. ¶ Oppo. de vſu ⁊ hab. l. vſus pars. Sol. gl. quod vſuſfructus differt ab operis ſed indiuiduus eſt vt opere. ¶ Oppo. ſ. de ope. ſeruorum. l. penul. Solu. vt in glo. ⁊ bene. ¶ Oppo. de ope. lib. l. ſi quando. Solu. vt in glo. ¶ Oppo. de l. in ſtipulationibus. §. operarum. ff. de ver. obli. Sol.
4 vt in glo. ¶ Dicitur hic † quod vſuſfruct. debet eſtimari. quero qualiter fiet eſtimatio. Et dicit gl. quod ex qualitate rerū ⁊c. vt in glo. Similem gloſſ. habes in. l. omnium. ſ. de vſufr. Sed hoc eſt quod eſtimatio debet fieri hoc modo: erit dare quod ſi ꝓprietas valeat quartā quod tunc non detrahitur falcidia. Et glo. dicit fateor ꝯtrium ⁊ eſt text. in. l. omniū. ſ. de vſufr. accr. ¶ Vlterius Dy. intelligit iſtam gl. qñ ſolus vſuſfr. eſt relictus ⁊ nulla alia res. Sed ſi poneremus vſumfructum ⁊ alia legata eſſe relicta tunc eſſe poteſt qđ detraheretur falc. lz valeat proprietas quartam. ¶ Sed oppo. quod id quod eſt ſine vtilitate non computatur in quartam. vt. ff. eo. l. querebatur. §. ſi vero. Sol. vt glo. quia illud quod eſt ſine vtilitate re ⁊ ſpe illud in quartam non computatur. vt l. in quarta. ff. eodem. ſed hoc eſt certum quod extinguitur vſuſfructus vbi deceſſerit legatarius. ¶ Dicitur hic quod debent omnia legata eſtimari. quero quid ad propoſitum poſito quod ſciatur quantum eſt in legatis quomodo poterit ſciri que ſunt in hereditate probato que ſunt in legato. Non ergo ſequitur ſi tantum eſt: ⁊ non plus. Dic quod de hoc eſt gloſſ. in. l. cum de lege. ſ. de probationibus. Et iſta lex po-
5 teſt † induci an ex legato opere conſtituatur ius in re. Et hic tex. videtur quod non. Vtrū opera ſit idē quod ius. glo. tangit in. l. ij. ſupra de vſufruc. leg. ⁊ de ope. ſeruo. l. ij. videtur contra adijcere. quod ſit ius. dicam in. l. ij. ſ. de vſufru. leg.

**Si quis creditori.** Si debitor legat creditori repreſentationis commodum: defalcatur. h. d.

**Si legatarius.** ¶ Heres errans repetit a legatario vltra quā habet ſecundum. l. falci. quero que actio eſt iſta. ⁊ dicit glo. quod eſt cōditio indebiti. ⁊ iſtud eſt verū quādo heres tradidit vt ſuā ſcilicet heredis: ſecus ſi vt ſuam: ſcilicet legatarij. quia tunc non tranſtulit dominium. vt. l. iij. §. ſubtilius. ſ. de condici. ob cauſā. Item tunc per rei vendicationē poſſum petere. hoc modo intelligit Iaco. de are. ¶ Oppo. C. de iuris ⁊ fact. igno. l. cum teſtamentum. ⁊. ſ. de iuriſdi. omnium iudicum. l. ſi per errorem. Solu. in gloſſ. et bene tenementi.

**Interdum omnino.** Quādo alia legata debeant ex ſubſtitutione conditionis euentu legata prima pſtātur cautione recepta. h. d.

**Id quod ex ſubſtitutione.** Bona q̄ ad heredem perueniunt ex ſubſtitutione vulgari contribuuntur cum herede ex inſtitutione. Idem in legatis niſi ſint nominatim relicta. ¶ Oppo. ſ. de lega. primo. l. licet. Solu. hic dixit tantum vel equiualens. ideo ab alio non debentur. ⁊ vide glo. que incipit vt ipſe. Sed intelligo quod ſtatim quando eum nominauit ab eo tantum videtur relinquere: vt. l. ſi plures. ſ. de leg. iij.

**Si coheredis mei.** ¶ Si portio grauata accreſcit non grauate per ius accreſcendi non eſt locus contributiōi: hoc dicit. ¶ Opponitur de. l. quod ſi alterutro. ff. eo. Solu: intellige hunc text. ſecundum illum quia ſuppleatur ex illa diſtinctione: ſed gloſſ. tangit hoc. ff. eodem. l. quod ſi alterutro. ⁊ ibi dicam. ¶ Opponitur. C. de legibus. l. finali. Solut. id quod facit princeps habet vim legis: ſed alius ſcilicet Iuſtinianus reſcripſit contra eum: quia illi iuriſconſulti mandato Iuſtiniani fecerant: vt. l. ſecunda. §. merito. C. de vete. iur. enu.

1 ☞ Si ciuitas vnit duas villas quarum vna erat pinguis alia erat grauata an creditores poſſint venire contra bona omnium.

**Si coheredem meum.** ¶ Si portio accedit portioni poſtquam legata ceperunt deberi ab vtroque coherede: non eſt locus contributioni. hoc dicit. ¶ Opponitur de eo quod vidiſtis not. ſ. §. primo. ⁊. §. id quod ex ſubſtitutione. Solu. hic ceperunt a coherede deberi. ⁊ ideo nō fit cōputatio. in. §.

Andreas pomate. a

a ¶ Sꝫ foꝛmo ꝓ iſta vniõe ſepe conſului. ⁊ vide Lud. ro. in conſilio. cclxxi.

pꝛoxi. nõ ceperunt deberi. ſatis cogitaui ſi poſſem iſtos caſus aptare ad 5 aliam materiã ⁊ non potui. ¶ Sꝫ foꝛmoᵃ vnam queſtionem. † Ciuitas peruſina vniuit duas villas ſimul: ⁊ vna 1 erat multũ grauata debitis: alia erat multũ pinguis. quero an creditoꝛes poſſunt venire contra bona omnium? Modo dices ꝙ iſta vnio poteſt fieri tribus modis. Uno modo pone nomina quod vna vocetur a. ⁊ alia b. et tunc poteſt intelligi qḋ a vniatur cũ b. ⁊ b. cum a. vel vtraqꝫ ſimul. ⁊ eſt differentia in hoc: ⁊ iſti modi pꝛobantur in coꝛpoꝛe: vt iudi. fine quoquo ſuff. §. illud. ⁊. §. hoc autẽ. ⁊ plene. C. de metropo. l. j. lib. xj. ⁊ plenius extra ne ſe. vacan. c. j. Poſſes tu dicere. caſus eſt hic: cum accedat grauata non grauate: vt in. §. ſi coheredis. Alius dicet ꝙ non habet locum contributio: qꝛ iam incepit deberi vt in. §. ſi coheredẽ. ſed nullus bene dicit: qꝛ illa iura habent locum in legatis ⁊ vltimis voluntatibus: qꝛ in aliis ſemper ſit contributio omnium ſi ad pauperem vadant diui 2 tie vndecunqꝫ. vt. l. que dotis. ſ. ſolu. mat. ⁊. l. ſi. §. ſin autẽ dubius. C. de iure delt. ſed ad pꝛopoſitum quãdo vniatur grauata non grauate qꝛ iſta vnio ſit a ſuperioꝛi. de neceſſitate crederẽ quod nõ grauata poſſet impetrare ſeparationẽ: vt. l. j. in ſi. ſ. de ſepa. in aliis 3 omnibus credo quod villa locuples non teneatur ad debita antiqua: qꝛ villa repꝛeſentat vicem perſone. vt. l. moꝛtuo. ſ. de fideiuſ. ⁊. l. pꝛoponebat.

b ¶ Et ſic nec ẽt ad repſalias ſacõ ceſſas vide bald. no. loquentẽ in ti. de cenſi. i additi. ad ſpec. And. bar.

b ſ. de iudi. ⁊ ſicᵇ eſt ac ſi vnus homo veniret ad iſtam ciuitatem: qꝛ ad debita antiqua non teneretur. vt. l. pꝛouidendum. C. de decu. ⁊. l. j. C. vt nullus ex vicariis pꝛo alienis vicarioꝛum debitis moleſtetur. lib. xj. ⁊ hoc tenet Dy.ᶜ 4 in. l. incola. ſ. ad munici.

c ¶ Tenet Dyn. adde de qḋ idẽ ſequit ro. cõſi. cclxxv.

## Si in annos.

Dicem⁹ plene ð iſta materia in. l. titio. ſ. eodem. 5

## Id quod.

¶ Op. ⁊ videtur ꝙ iſtud qḋ heredi debetur detrahat: vt. l. ſtichum. §. aliqñ. ſ. de ſo. ſi habes hereditati: ſtat ꝓprie. ſi habes heredi. l. iure hereditario.

d ¶ Sui ꝓuidẽtia. ad de in qrũ ꝫ Alex. tãgit an acqſita ex vſuris ꝑ filium ſint cõicãda ꝙ poſui poſt ipſum in. l. cũ opoꝛtet.

1 Impenſa funeris ⁊ monumenti neceſſaria facta ab herede vt es alienum detrahitur. ⁊ nu. 4. d

2 Heres in monumẽto poteſt expendere plus quam dixerit teſtatoꝛ in ſui ꝑiudicium: ⁊ ſi minus ꝙ dixerit debet expendere quod equum eſt.

3 Alius expendens in monumento ſiẽdo per heredem quando poſſit ab herede repetere ⁊ qua actione.

Falcidia quando detrahatur de impenſa monumenti.

## De impenſa.

3 ¶ † Querit glo. quid iuris hodie irritato teſtamento ex cauſa preteritionis vel exheredationis: vbi non irritat̄ niſi inſtitutio: an heres poſſit cogi adire? Antequam ad queſtionem reſpondeam: no. glo. que innuit quod rupto teſtamento conſeruatur fideicom-

a miſſum[a] vniuerſale per aut̄. ex cauſa. C. de libe. prete. dicit enim quod ſola inſtitutio vitiatur. hoc videt̄ tenere Dy. Mar. ſil. tenet contrarium per rationem ſatis debilem. nam fideicommiſſarius vniuerſalis ⁊ heres equiparantur. ff. quod cum eo. l. ſi filius. ſed inſtitutio heredis vitiatur. ergo ⁊c. Iacob. de are. ⁊ Oldr. ſequendo eū tenent contrariū. ⁊ adducūt hūc tex. nam per auten. ex cauſa: vitiata inſtitutione cetera firma permanent. Sed fideicommiſſum vniuerſale cōtinetur appellatiōe ceterorum. vt hic. ergo ⁊c. per hoc videtur tex. in. l. ſi ſeruum. §. j. ff. ſi quis omiſ. cau. te. ⁊ ibi dixi. gl. hoc idem ſentit. C. de fideicom. l. eam quam. Nunc redeo ad. q. an heres cogat̄ adire. Mar. quod nō. gl. quod ſic filio differente agere. declara ſi eſt preteritus filius ſuus vel emācipatus nō inſerta cauſa: teſtamentum eſt ipſo iure nullū vt dixi in. l. filio preterito. de iniu. teſta. ideo non poteſt cogi adire. Idem ſi eſſent exheredati ex non legitima cā. ⁊ licet conſeruetur teſtamentum ſeu fideicōmiſſum per aut̄. ex cauſa: nō tamen petitur actione ex teſtamento ſed conditione ex illa. l. ſm Dy. cuius contra- 1 rium tenuit in. d. l. filio. ſ. quod petatur actione ex teſtamento. non tamen cogetur heres adire quia non debetur ab eo ſed a venientibus ab inteſtato. Si ve- b ro filius eſſet exheredatus inſerta cauſa legitima: tunc procederet dictum gl. quod interim donec fili⁹ taceret poſſet cogi adire; ſecus ſi ageret.

**Marcellus.** Gloſſ. ponit hic caſum. dic vt in ea. quam vide.

**Qui ex trebelliano.** Remedia treb. habent locū poſt reſtitutionem ſecus antequam reſtituatur hereditas. h. d. ¶ Quero an hoc ſit verum ſiue conueniatur heres pro legatis ſiue pro debitis. Dic vt nota. per gl. in. l. j. §. ſi. ff. e. ⁊. l. marcellus. in prin. et ibi dixi.

**Trebellianum.** Quando teſtator rogat de hereditate ſua vel eius parte locum habet trebellianum. ſecus ſi de hereditate alterius: licet ſi ſponte adiret: cogeretur reſtituere. h. d. ¶ Quero an cogatur adire ⁊ reſtituere hereditatem titianam. Gloſſ. dicit quod ſi ꝑceperit tot fruct⁹ ex hereditate teſtatoris rogātis qđ equaleāt titiane qđ cogit̄ reſtituere vt. ff. de leg. ij. l. cū pater. §. titio. Dicit etiā glo. qđ ſi teſtator voluit totā hereditatē reſtitui tota reſtituet̄ nulla quarta retēta p. l. ſi debitor. ff. ad. l. falci. lꝫ certe illud qđ in. l. ſi debitor. d̄r: verum eſt qn̄ teſtator tenebat̄ heredi. q2 tūc debitū cōpenſat̄ cū falcidia. ſed iſte caſus nō eſt hic. q2 nō a erat debitū a defuncto. ⁊ ſic hec gl. vr̄ contra. l. pater filiā. in pn̄. ff. ad. l. falci. ſm Ia. de are. ¶ Ultimo gl. aſſignat ar. contra. ff. ad. l. fal. l. qđ de bonis. §. cū fideicōmiſſum. Dic ꝙ cōcordat ſecundum ſecundam caſus poſitionē ſcilicet preſuppoſito quod precedens glo. ſit vera.

a ¶ Conſeruat̄ fideicōmiſſum. adde vt p Pe. d̄ anc. cōſi. cxliiij. ⁊ cciij. ⁊ ange. conſilio clxxiiij.

**Si ex trebelliano.** Fideicōmiſſario ꝯtra heredem datur actio ꝓ rebus indebite retentis. h. d. Quero quo iure retinebat heres hec predia. Dic vt in gl. ¶ Quero an debitū naturale heres teneat̄ ꝑ ſe exigere. Dic vt in gl. ¶ Quero id qđ debet̄ defuncto ab herede qua actione ab eo repetit̄? Gl. ponit plures opi. quelibet pōt eſſe vera.

☞ And. Po.

b ¶ Qui rogat⁹. ⁊ no. ſin. iſtū tex. ſꝫ. d. Ioā. nō ſufficere de iure ſtō hr̄e legitimā iur̄ fideicōmiſſi imo expediebat hr̄e iure inſtitutionis ego do caſum ſimilē quenet.

**Marcellus.** Inter heredē ⁊ fideicōmiſſariū ptis cōpetit fa. erc. iudiciū. h. d. Quero quod iudiciū erit iſtud. Rn̄d. vtile vt in glo.

☞ Teſtamentū an hodie irritetur ſi fideicōmiſſum vniuerſale relinquat̄ filio preterito.

**Qui rogatus.** [b] Heres cogit̄ adire: lꝫ fideicō. poſſit alio r̄medio eē ꝯſultū h. d. vide qđ fili⁹ d̄r preteritus licet re-

licta ſit ſibi hereditas per fideicōmiſſum:⁊ pōt pete
re contratab.⁊ ſic videt̃ caſus cōtra gl.que eſt.C.de
inoffi.teſta.l.ſcimus.§.cum autem.que dicit qđ etiaꝫ
hodie ſi filio preterito relinquatur fideicommiſſum
1 vniuerſale non irritatur teſta.† ſatis eñ eſt iure inſti
tutionis cum fideicommiſſarius vniuerſalis habea
tur vt heres:quod dictum videtur contra hanc.l.vt
dixi in.§.quoties.ſ.e.l.

**Si patronus.** Patronus poteſt cogi adi
re ⁊ reſtituere ante penitē
tiam.h.d.℄ Oppo.hic innuit quod patronus inſti
tutus poteſt grauari in debita portione.contra.ſ.de
lega.ij.l.cum patronus.Sol.hic erat fideicōmiſſum
relictum coniunctis perſonis propter quas olim po
terāt grauari:vt.l.iiij.ſ.de condi.⁊ demon. licet ho
die corrigatur vt ibi not.℄ Oppo.quod non poſſit
penitere vt.ſ.eodem.l.nam quod.§.qui compulſus.
ſol.hic loquitur ante coactionem:ſed poſt non poteſt
penitere vt in contrario.℄ Opp.C.de repu.heredi.
l.ſicut. Solu. hic dicit ſuſpectam:non tamen repu
diauit.

**Si perceptis.** Per coactionem perdit q̃s
prelegata niſi eſſent ſibi re
licta ſub conditione ſi heres non erit.h.d.℄ Oppo
nitur.ea que quis habiturus eſſet ſi heres non eſſet
non perdit per coactionem:vt.ſ.ea.l.§.qui ſuſpectā.
ſed prelegata haberet etiam ſi repudiaret.vt.l.qui fi
liab⁹.in fi.ſ.de leg.j.ergo ⁊c.ſol.intelligas hic de pre
legatis que perderet repudiando.vt hic no.in.d.l.q̃
filiabus.in fi.cū.l.ſeq.ſ.de leg.j.

**Heres ex aſſe.** Heres grauat⁹ vltra vires
hereditarias illđ qđ deeſt
ſupplet ex fructibus iudicio teſtatoris perceptis. et
ex eo quod vltra quartam eſt:⁊ reſiduū ſibi retinet
quod ſi fructus non ſufficiunt omnibus pro rata fit
diminutio.h.d.Primo ponit thema:ſecūdo quatuor
queſtiones ex themate.tertio reſponſiones.ſecunda
ibi:quero.tertia ibi:reſpondi.⁊ glo.hic ponit caſum
optime.⁊ omnibus tribus queſtionibus perfecte re
ſpondet.ſed illi inquantū agatur contra legatarios
non eſt reſponſum.℄ Quero ergo inquantum aga
tur.Reſpondet ſecunda glo.magna in princ.⁊ bene.
dic vt in ea.℄ Opponitur et videtur quod compu
tatio gloſſ.non ſit bona.quia ſecundum hoc ea que
percipiuntur ex fructibus non proſunt legatarijs:
quod videtur contra legem qui quadringenta.§.
finali ſupra ad legem falcidiam propter quod Iac.
de Aretio dicit quod non eſt bona iſta computatio.
Tu dic quod glo.optime computat.nam debes ſci
re quod quādo legata relinquuntur vltra vires he
reditarias fit duplex detractio.vna quanto minus
eſt in patrimonio quam ſit legatum:alia fit per legē
falcidiā.vt lege in quantitate.§.finali et lege ſi poſt
miſſionem ſupra ad legē falcidiam nūc fructus per
cepti medio tempore faciunt videri minus relictum
per fideicōmiſſum.et ſic prodeſt legatario vt nō fiat
illa detractio quaſi fuerit relictum vltra vires patri
monij.℄ Opponitur et videtur quod iſta compu
tatio non debet fieri hoc modo. ſed illud videatur
eſſe in fideicommiſſo quod ſupererat deductis lega
tis vt lege qui quadringenta ſupra eodem.Solutio
dic quod hic fuerunt legata nominatim ab herede
relicta.et ideo fit computatio ſecundum quod hic
dicitur et in lege Marcellus in principio ſupra eod.
℄ Opponitur hic dicitur quod petit̃ a legatarijs
vt detur fideicommiſſario.cōtra.fideicommiſſarius
a legatarijs nō defalcat.vt ſupra eodem lege prima
§.deniqꝫ.⁊.l.lex fal.§.nunquam ſupra ad legem fal
cidiam.ſolutio.hic legata non erant relicta a fideicō
miſſario ſed ab herede.℄ Opponitur dicitur hic
quod fructus ſibi computat in quartam et reſtituit
quod eſt vltra.Contra ſupra eodem lege in fideicō
miſſa.ſolu.dicit gloſſ.iſtud ideo quia minuit heres
fideicommiſſum.Dices tu:in quo diminuit? Reſpon
deo ſoluendo relicta.et ideo ſupplet ex fructibus.ra
tio quia quādo teſtator grauat aliquem vltra vires
hereditarias vult quod ſuppleatur ex fructibus vt
l.filiuſfa.§.apud marcellum.ſ.de lega.j.⁊.ſ.eadem
l.§.trebellianum.verſi.quod ſi meuius.℄ Opponi.
extra gloſſ.dicit hic quod quartam ſibi retinet de re
bus ⁊ dimidiam ſupplet ex fructibus. Contra quia
quartam debet ſibi ex fructibus retinere.⁊ dimidiā
in rebus reſtituere vt.l.mulier.§.ſi heres.⁊.§.ſequē.
⁊ in.l.in fideicommiſſa.ſ.eodem.Iaco.de are.et Ol
dra.ſequendo eum dicit.quod eſt in poteſtate here
dis quod ſuppleat dimidietatem de fructibus vel re
tineat quartam de fructibus:⁊ hoc probant per hāc
l.ſed hoc videtur contra.l.quod de bonis.§.fructus.
ſ.ad.l.falcidiam.⁊.l.paulus.ij.rñ.eod.titu.⁊ hoc in
nuit dicta.l.in fideicommiſſaria.nec iſte text.facit in
contrarium.nam in queſtio. bene ponebatur quod
heres volebat ſibi retinere quartam in rebus ⁊ di
midiam ſupplere ex fructibus:ſed hoc in reſponſiōe
non ponitur.dicit enim totum reſtituendum:nec de
clarat an in fructibus an in ipſis rebus.Sed puta
rem hoc dirimendum arbitrio iudicis vt.ſ.de lega.
j.l.non amplius.§.fina.cum.l.ſequē.pro quo facit qđ
inter fideicommiſſarium ⁊ heredem competit iudi
cium fami.ercis.vt.ſ.eodem.l.marcellus.vnde ex of
ficio iudicis diuidentis videbitur in quo debet dari
dimidia ⁊ in quo quarta retineri.℄ Opponi.hic le
gata fuerunt relicta pure:fideicommiſſum ſub condi
tione:tamen contribuuntur quo ad detractionē fal.
contra. quia tota quarta debet detrahi ex fideicom
miſſo.vt.l.peñ.§.j.ſ.ad.l.fal. Sol.qñqꝫ totū fideicō
miſſum eſt conditionale ⁊ legata pura ⁊ loquitur.l
contraria.Quandoqꝫ fideicommiſſum eſt purum ⁊
legata pura vel vtrunqꝫ conditionale.⁊ tunc fit con
tributio omnium vt lege qui quadringenta.⁊ lege
marcellus.ſupra eodem. Quandoqꝫ fideicommiſ
ſum eſt pro parte purū pro parte ꝯditiōale et legata
pura. ⁊ tunc ſimiliter fit contributio vt hac.l.dixi in
l.marcellus.in prin.ſ.eod.

**Qui ſeruos.** Hic eſt duplex litera ſm pri
mam deficit ſuos in tex.ſcdm
iſtam glo.ponit caſum vide eam ⁊ breuiter h.di.Si
ſeruo relinquitur libertas ⁊ hereditas pretiū ſeruo
rum detrahit̃.h.d.hec lec.non eſt bona quia quādo



ſeruo relinquitur libertas:⁊ aliud pecuniarium re
lictum:tunc de relicto pecuniario detrahitur falci.⁊
pretium ſerui:vt.l.plane.ſ.ad legē fal.eſt ergo alia
litera in qua eſt ſuos.⁊ ſm iſtaꝫ ponitur caſus in gl.
ſecundo modo vide eam.hec lec.probatur per Dyn.
q: quando quis rogatur manumittere ſeruum non
poteſt cogi adire per eum:vt.l.cogi.§.ſed ſi ſeruo.ſ.
eo.⁊ no.j.e.glo.dic ergo retenta hac ſecunda poſitio
ne:qđ quis fuit rogatus manumittere ſeruos ſuos.
⁊ eis reſtituere hereditatem deducto pretio ſeruoꝝ
vnde hoc fuit expreſſuꝫ.⁊ pone qđ heres adiuit ſpō
te vel aliter.propter pretium ſeruorum ſi hereditas
non eſſet ſoluendo quis pateretur damnuꝫ:ſed quā
do hereditas eſt ſoluendo damnum pati non debet
vt hic.Querit glo.vtrū heres inſtitutus rogatus de
reſtituendo ſeruo poſſit cogi adire.Gloſſ.diſtinguit
quod examinabo latius.j.eo.l.non eſt cogēdus. ⁊.l.
ſi res aliena.in fi.

1 ☞ Fideicommiſſarius delegans particularibus
ab herede relictis an detrahat falcidiam remiſſiue.
2 Actio de fideicommiſſario in fideicommiſſariuꝫ an
tranſeat ipſo iure.
3 Fideicommiſſarius primus ſi reſtituit ſecundo fidei
commiſſario an ius fideicommiſſarie hereditatis re
maneat apud primum quod non.
Primus ceſſionarius ſi cedit ſecundo apud primuꝫ
nil remanet.
Emphytheuta ſi facit alium emphytheutam apud
eum nil remanet.
4 Solui quod poteſt ille qui ceſſit actionem quando
ad eum aliquid remanet.ſecus ſi nihil.
5 Bonorum poſſeſſor de iure pretorio ſi reſtituit here
ditatem ex trebelliano an apud eum remaneat q̃d
hereditarium.
6 Iura vtilia quando directa non ſunt penes aliqueꝫ
efficiuntur directa.

**Ex aſſe.** Si vnus ex fideicommiſ
ſarijs heredeꝫ cogit adi
re ⁊ reſtituere totum:fructus iudi
cio teſtatoris perceptos ſuo fideicō
miſſario nō reſtituit:ſecus in eo qđ
iure accreſcendi lucratur.Item ab
eo quartam nō detrahit. hoc dicit.
℄ Quero que eſt ratio diuerſitatis inter primum
caſum ⁊ ſecundum? Reſpondeo: primus loquitur
in fructibus qui iudicio teſtatoris percipiuntur:et
iudicio teſtatoris lucratur heres:⁊ ſic erat lucrum
perſone.Secundus caſus loquitur in iure accreſcē
di quia magis accreſcit rei quam perſone:vt de ac
quirenda hereditate.l.ſi totam.de vſufruct.l.ſi titio.
Tertius caſus loquitur in falcidia que contra volū
tatem defuncti detrahitur. ideo fideicommiſſarius
a fideicommiſſario non deducit cum voluntas teſta
toris non fuerit.⁊ poteſtas iuris non habet locum
niſi in herede.℄ Venio ad gloſſam.℄ Opponitur 6
ſupra eodem.l.prima.§.inde neratius.ſolu.vt in glo.
1 ⁊ bene.℄ † Quero vtrum de legatis particularib⁹
relictis ab herede fideicōmiſſari⁹ detrahat falcidiā?
Dic vt in glo.⁊ dixi in.§.idem Neratius.℄ Quero
2 vtrum a fideicommiſſario in fideicommiſſariū trāſ
eat actio ipſo iure.dic vt in glo.℄ Quero fideicom
miſſarius † primus fideicommiſſario ſecundo reſti 3
tuit:an apud fideicommiſſarium primum remaneat
ius fideicōmiſſarie hereditatis.Gloſ.quod nō.Hu
go.contra.inter alia que glo.dicit eſt qđ eum qui eſt
heres de iure ciuili ſenatuſconſultum non poteſt fa
cere deſinere eſſe heredem:qđ non eſt verum: q: ſe
natuſconſultum eſt de iure ciuili: ideo poteſt facere
eum deſinere eſſe heredem qui eſt de iure ciuili: ſed
in hoc tractatu ideo non fecit q: noluit.voluit eñ ꝙ
ſolum vtiles transferrentur:opi.tamen glo.vera eſt:
vt.l.j.§.de illo.ſ.eo.⁊.C.e.l.penulti.pro hoc facit illđ
quod dicitur ꝙ ſi primus ceſſionarius ceſſit ſecūdo
apud eum nil remanet:vt not.in.l.emptor.C.de he
re.vel act.vendi.per Guil.in Specul.titu.de ceſſio.
act. ⁊ in ſimili dicit glo.ꝙ ſi primus emphyteuta fa
cit alium emphyteutā quod apud eum nil remanet:
vt.l.ſi.C.de iure emphy.facit quod not.in.l.j.in gloſ.
4 ſi.C.vti poſſideris.⁊ hoc eſt vtile ſcire. † nam id qđ
dicitur in.l.iij.C.de noua.ſ.quod illi cui ceſſit actio
nem poteſt ſolui:eſt verum quando apud eum q̃ ceſ
ſit remanent directe:ſed quando apud eum q̃ ceſſit
nil remanet quod eſt quando ſolum vtiles habebat
tunc ei non poterit ſolui:q: nil apud eum remanet.
5 ℄ † Quero bono.poſſeſ.de iure pretorio hereditatē
reſtituit ex trebelliano:an apud eum remanet ius he
reditarium? Glo.quod ſic.Pro huius declaratione
debes ſcire quod in hereditate eſt vnum ius vniuer
ſale hereditarium:⁊ hoc eſt apud bonorum poſſeſſo
rem vtile.Sunt etiam iura particularia vt actiones
hereditarie que competunt aduerſus debitores he
reditarios:⁊ iſta competunt bonorum poſſeſſori dire
cta:vt no.in.l.ij.ſ.de bo.poſ.he.pe. Cū ergo directe
ſint penes bonorum poſſeſſorem reſtituendo vtiles
transfert:⁊ apud eum remanent directe:⁊ in hoc be
ne diceret glo.Sed glo.querit de ipſo iure heredita
rio vniuerſali.Querit enim an remaneat heres: nūc
eſt dubium:quia ſi heres eſt:tunc eſt heres vtiliter:⁊
fideicōmiſſarius eſt heres vtiliter:ergo duo ſunt he
redes inſolidum eodem modo.Poſſumus dicere ꝙ
non eodē modo:ſed vnus eſt heres vtiliter de iure p̄
torio:alius vtiliter ex ſenatuſconſulto:vel aliter dico
quod bonorum poſſeſſor quandoqꝫ habet ius here
ditarium directum:quandoqꝫ vtile tm̄: exemplum:
quando aliquis eſt heres de iure ciuili:vt filius vel
alius:⁊ pretor illum iam exiſtentem heredem exclu
dit:vt per contratab.vel per beneficium reſtitutiōis
in integrū vel alio pretoris remedio:nūc q: prim⁹ re
manet heres.iſte bonorum poſſeſſor erit tantū vtili
ter.Sed qñ pretor vocat aliquem ad ſucceſſionem:
nec eſt aliquis heres de iure ciuili:vt quos vocat p
vnde cognati:vel vnde legitimi:vel per bonorū poſ
ſeſſionem ſecundum tabu.⁊ ſimilia:puto quod ha
beat ius hereditarium directū.Probo. naturalis poſ
ſeſſio quando ciuilis non eſt apud aliquē ſtatim effi
citur ciuilis:vt.l.clam.§.fin.⁊.l.ſequen.de acquiren.
6 poſſeſ.ita iura vtilia quando † directa non ſunt pe
nes aliquem efficiuntur directa:vt.l.puberem.C.de
iure deliberandi.pro hoc.l.illud.in principio.cuꝫ ſua
gloſ.de bonorum poſſeſ.contratabu.Preterea iura
dicunt quod bonorum poſſ.habet iura ac ſi eſſet he
res:ſed heres haberet illa directa:ergo ⁊c.inſtit.de
bo.poſ.§.quos aūt.⁊.ſ.de boñ.poſ.herc.pe.l.ij.et.j.

* Pro cõcor. aduerte q̃ d. Alex. in. l. quoties. col. fi. C. de here. inſti. alleg. Bar. tenẽtẽ in. l. quoties. §. ſi duo. ff. de here. inſti. q̃ ius accreſcẽdi poſſit p̃ teſtatorẽ p̃hiberi. Contrariũ tñ allegat tenere in conſilio incip. Matthęolus gratioli. Voluit tñ allegare Alex. con ſi. Bar. qd incipit Petrus maioli. ⁊ in hac l. ſi q̃s po re. in fin. p̃ hũc textũ. vbi doc. et pro vtraq̃ opi. alleg. do. Alex. h̃ concor. tu dic ſi bene cõſideret Bart. vbi tenet inſtitutũ in re certa habere ius accreſcẽdi intelligi de bet vbi nõ p̃hibet expreſſe: ⁊ ita loquit̃ i. d. l. ſi quis. in dictã. l. quoties. ⁊ in. l. ex facto. la. ij. ff. de heredi. inſtit. ⁊ in. d. conſi. Sed ibi adhuc nõ loquit̃ in p̃hibitõe termi nis. quia q̃ritur de vigore illorũ verborum dñam vſufructuariã a marito p̃ latorum in teſtamẽto iſtitut̃ vl'r pauperib⁹ Chriſti ⁊c. Sed ſi expreſſe vetuerit nullibi dicit barto. quod non poſſit: ⁊ ita loquitur in dicto. §. ſi duo. ⁊ in dicta. l. ſi quis. ⁊ melius q̃ alibi voluit iſtam ſuam concordiã in ſuo conſi. clvj. incip. titius fecit teſtamẽ tum de quo non fuit memor do. Alex. in. d. l. quoties. C. de here. inſti. ⁊ in alio numero. clxxij. incipi. Martiolus gratioli. quod forte voluit allegare domi: Alexand. vbi ſupra. Si tamen inconſiderate fuerit poſita concordantia ad preallegata conſi. Bartoli celeritati aſcribas.

de bo. poſ. l. ij.

1 Confirmatũ ſi nõ põt cõfirmari agitur ex confirmante non confirmato.

2 Si ſententia iudicis appel. confirmat primam ſententiam agitur ex ip̃a ſententia confirmante.

3 Confirmatio generalis non trahitur ad illud qd eſt ſpecial'r caſſatum.

## * Si q̃s priore.

1 Si †cõfirmatũ non põt cõfirmari agitur ex confirmante non confirmato. h. d. ¶ Oppo. C. de here. inſtitu. l. quoties. So. ibi erant alij vniuerſaliter inſtituti. Ad hoc opp. in aut. vt cũ de app. cog. §. aliud. vbi etiã qñ eſt aliquis inſtitutus vl'r heres inſtitutus ex re certa habetur loco heredis. Dicit glo. not. illud verum quantum ad excludendam querelam: ſed a docto. aliter intelligitur in. d. l. quoties. C. de here. inſtit. ¶ Quero qua actiõe petantur relicta in primo teſtamento? Glo. dicit ex teſtamento ſecundo: nõ ex primo: quia nemo poteſt decedere duobus conditis teſtamentis. vides ergo q̃ primum teſtamentum nõ poteſt cõfirmari vt teſtamentuz: ideo nõ agitur ex confirmato ſed ex cõfirmãte. Simile †in ſententia confirmata p̃ 2 iudicem app. non eñ ſuper eodẽ poſſunt eſſe due ſentẽtie valide: vt. C. qñ prouo. non eſt nec. l. j. ideo agit̃ ex confirmante non ex confirmato. de hoc dixi in. l. legitima. ſ. de pac. intellige put no. in. l. fi. j. de re iudi. ¶ Querit glo. dicit̃ in fi. ſi non aliquid ſpál'r ⁊c. quid vult dicere? Dic vt in gl. ex qua 3 †no. quod confirmatio generalis nõ porrigit̃ ad illud qd eſt ſpecial'r caſſatum. poſſes etiã exponere hunc tex. vt dicas ſi nõ aliq̃d ſpál'r ⁊c. hoc eſt niſi teſtator dixit qd inſtituit eũ ex re certa: ita quod plus petere non poſſes. tunc enim teſtamentum non valeret vt dixi plene: in. l. quoties. §. ſi duo. de here. inſti. dic vt ibi.

1 Quo iure, cogatur quis adire ⁊ reſtituere.

## Si legatus.

Etiam tempore legationis cogit̃ quis adire hereditatẽ ⁊ reſtituere. h. d. ¶ Quero †quo iure quis cogit̃ adire ⁊ reſtituere. h. d. Dicit glo. qd officio iudicis. vide eã ⁊ not. in eo qd dicit q̃ cogitur adire officio iudicis non eſt dubiũ. Simile no. in. l. nõ eſt cogendus. in fi. j. e. l. ij. de fidei com. here. pe. ſed illud qd gl. ſubaudit quod reſtituere cogatur officio iudicis h̃z dubium. nam alibi dicit glo. q̃ reſtitutio fit actione ex teſtamento: vt. l. reſtituta. §. j. j. eo. ⁊. l. ⁊ ſine ſcriptura. C. eo. ⁊ per Dy. tãgitur in. l. q̃ poterat. ſ. eo. Tu dic qñq̃ quis adit ſpõte. tunc actione ex teſtamento cogit̃ reſtituere directa vel vtili. ita loquuntur dicte glo. Quandoq̃ q̃s dicit hereditatem ſuſpectam: ⁊ tũc totum iudicis officio expeditur. ſ. vt cogatur adire ⁊ reſtituere vt dicit tex. in. l. q̃ poterat. ſ. eo. expreſſius inſti. eo. §. quia autem. hoc etiam tenet Cy. in. d. l. ⁊ ſine ſcriptura. C. eodem.

## Si quis bona.

Fideicommiſſuz vniuerſale eſt ſi aliquis rogetur reſtituere bona vniuerſaliter vel idefinite. h. d. ¶ Oppo. qd relictum bonorũ non fit vniuerſale. ſ. de leg. j. l. nõ amplius. §. fi. cũ. l. ſeq. ſol. vt plene dixi in. l. ſi q̃s ſeruum. §. fi. ſ. de leg. ij. ¶ Opp. q̃ meorum appellatione nõ contineantur niſi ea quorum q̃s habet dominium: vt. l. quintus. §. j. de aur. ⁊ arg. leg. Solu. vt ibi plene dixi.

## Si filio.

Non valet reſtitutio facta niſi cõſentiente vel ratum habente eo in cuius poteſtate eſt is cui facta eſt reſtitutio. h. d.

## Multum.

Hunc. §. ſequentem proſequere vt habes in glo.

## Si cui pure.

Seruus qui p̃ aditionem habilitat̃ ad recipiendam hereditatez poteſt cogere heredem adire. ſecus ſi per aditionem non habilitaretur. h. d. cum ſequenti. §. ex predictis apparet ratio eorum que hic dicuntur.

## Si ſub conditione.

Heres cogitur parere cõditioni poteſtatiue ſine eius damno ⁊ adire: ſecus ſi conditio eſſet cauſalis. h. d. ⁊ diſtingue vt dixi in. l. recuſare. §. ſi. cum. l. ſeq. ſ. eodem.

1 Geminatio verborum denotat mentem teſtatoris.

2 Rei appellatione eſt magis generalis quam pecunie.

3 Patrimonium quando eſt diminutum: quando ſuppleatur ex fructibus.

## Balliſta.

Si fideicommiſſum relinquitur ſub nomine geminato ⁊ ſub noĩe appellatiuo pecunie in reſtõnem veniũt fruct⁹ iudicio teſtatoris p̃cepti. ſec⁹ ſi ſub noĩe ſimplici: de tñ fideicõmiſ. ex eis ſuppleri ſi fuerit diminutũ. h. d.



cũ. l. ſeq. ⁊ eſt ſolẽnis lex nec alibi reperit̃. ¶ Op. ad l. balliſta. de. l. ſeq. Vera ſo. eſt qd hic teſtator grauauit p̃ noĩa geminata quantacũq̃. in. l. ſeq. ſcribat̃ p̃ 1 verbũ †quãta. vnde p̃pter geminationẽ verbor̃ preſumit̃ mẽs teſtatoris qd voluit oĩa reſtitui. ¶ Op. j. eo. heredes mei. ⁊. ſ. de leg. iij. l. his verbis. Solu. hic vſus eſt noĩe pecunie cũ geminato noĩe quantacũq̃: ibi vero dixit qd quicquid ad te peruenerit. ſ̃z dices tu nonne quicquid eſt dictio geminata ſicut dictio quantacũq̃? R̃n. ibi quicq̃d fuit p̃latũ ſimpliciter ideo reſoluit̃ quicquid. i. illud qd: ideo nõ eſt dictio geminata. hic vero fuit dictio quantãcũq̃ pecunia. ſi vero neutraliter dixiſſet quantumcũq̃ ad te p̃uenit fructus nõ venirẽt q̃ reſoluet̃ in illud quãtũ a qd ad te peruenit. ⁊ hoc no. iuriſcõſult⁹ hic. dũ dicit. R̃n. ex his verbis que p̃ponis. ſ. pecunia. Non enim hoc faceret dictio geminata ſine hac dictione pecunia: nec dictio pecunia ſine dictione quantãcunq̃.
2 ¶ †Quero quid ſi dixit quãtecũq̃ res? R̃n. idem. nã rei appellatio magis generalis eſt q̃ pecunie: vt l. rei appellatione, de ver. ſig. ⁊. l. j. in fi. ſi cer. petatur. ¶ Querit glo. quid de vſu. Et dicit idẽ qd in fructibus. tu dic vt dicam in. l. poſtulante. §. j. j. eo. ¶ Op. ad. l. ſcribit. ſ. l. p̃xi. Sol. vt ibi. ¶ Opp. j. eo. l. deducta. §. qui poſt. vbi fructus percepti non ſupplent id qd eſt diminutum. So. ibi loquit̃ in diminutiõe que contingit p̃pter vſuras: ideo ſupplet̃ qd fructus cũ diſtinctione lucrat̃: vt ibi: ſicut vſuras cũ diſtinctiõe lucrat̃. vt ibi patet. ¶ Opp. ſ. e. l. in fideicõmiſſariã. ⁊. l. mulier. §. ſi heres. vbi fructus vltra quartã lucra
3 tur. Sol. †illud verũ quando patrimoniũ non eſt diminutum. ſi vero eſt diminutum: tũc eñ ex fructibus ſuppletur vt hic. qd tene menti: q̃ ſingulare eſt. facit. l. poſtulante. in fi. j. eo. fallit in liberis primi gradus: vt. l. iubemus. C. eo. Habes ergo qd fructus p̃ceptos iudicio teſtatoris heres lucrat̃. ſi tamẽ diminuit hereditatem ex detractione quarte illud ſuppletur ex fructibus: vt. l. in fideicõmiſſariã. ſ. eo. fallit in liberis primi gradus: vt. l. iubemus. C. e. Item ſi diminuitur fideicõmiſſum p̃pter dotẽ ſupplet̃ ex fructibus etiã in liberis primi gradus: vt. l. mulier. §. cũ p̃poneret̃. ſ. eo. Itẽ ſi hereditas minuitur p̃pter legata ſupplet̃ ex fructib⁹. ⁊. l. ita tñ. §. ex aſſe. ſ. eo. qd dic vt ibi. itẽ ſi hereditas minuitur ex caſib⁹ fortuitis ex fructibus ſupplet̃ vt hic. fallit in liberis p̃mi gradus vt hic. que omnia diligenter no.

1 Actor ſi non probat id quod eſt cã ſue intentiõis ſuccumbit.

## Dom qui.

†Succumbit actor ſi nõ p̃bat id qd eſt cauſa ſue intẽtionis. h. d. ¶ Opp. j. de bo. poſ. ſm tab. l. q̃ ex liberis. in pri. ⁊. ſ. ad l. fal. l. pr̃ filiã. §. fi. ⁊. l. q̃ duos. in princi. de re. du. gi. dat plures ſol. dic qd ibi loq̃tur in ſubſtitutione directa: hic vero in fideicõmiſſaria: rõ q̃ in directa hereditate quis debet inuenire hereditatez primi. ideo videtur vtriq̃ ſubſtitutus: quod nõ eſt in fideicõmiſſaria: vt per gl. declaratur in. d. l. q̃ duos. Sol. glo. aliter qd hoc eſt fauore matris q̃ eſt in medio. ⁊ hanc t̃z Dyn. in. d. l. qui duos. ⁊ ex hoc ſequeretur q̃ ſi mater non eſſet in medio ambobus videret̃ ſubſtitut⁹: qd videtur colligi ex ſignificatione verbor̃ q̃ dixit ei qui nouiſſimus deceſſerit: ſed quilibet deceſſit nouiſſimus poſt q̃ alius poſt eũ nõ decedit. vt. l. ex duobus. ſ. de vul. ⁊ pup. ſ̃z certe l̃z quilibet decedat nouiſſim⁹ non videt̃ ſubſtitutus vtriq̃: q̃ iſta dictio quilibet: quando ponit̃ diſtributiue requirit vnũ tñ. ⁊ ſi plures ſimul concurrunt diſpoſitio vitiatur: vt. l. ſi fuerit. ſ. de reb. dub. vnde precedens ſol. verior videt̃: tamen ſemper in hoc dubitaui.

## Cum heres.

a Curator furioſi põt agnoſcere bo. poſ. ſm tab. ⁊ hereditatem reſtituere. h. d. ¶ No. vnum ex caſibus in quib⁹ neceſſaria eſt bonor̃ poſſeſſio ſm tabu. ita dicũt Iac. de are. hic ⁊ Pet. ⁊ Cy. in. l. certum. C. vnde lega. ¶ Querit glo. an iſta bonoruz poſſeſſio tribuat ius? Et ponit opi. de quo in. l. j. de boñ. poſſ. infan. ⁊ fur. de la. tñ quicquid ſit qñ furioſus inſtitutus non eſt rogat⁹ de reſtituendo ⁊ agnoſcit bo. poſſ. ſiue dicamus qd tribuat ius ſiue nõ decedens non tranſmittit ad heredem. vt l. fi. §. tale. ⁊. §. ſeq. de cura. fur. ⁊ tamẽ tranſmittit in fideicõmiſſariũ vt hic.

1 Inſtantia cepta per heredem de nouo qd non tranſeat in ceſſionariũ.

2 Compromittere non eſt lata culpa.

## Cum heredi-

tas. Per trebellianũ nõ tenetur heres in obligationibus per euz cõtractis ideo debet ei per fideicõmiſſariũ de indemnitate caueri. h. d. ¶ Opp. qd b inſtantie iudicij tranſeat in fideicommiſſariũ ⁊ heres tutus eſt per trebel. vt. l. j. in princi. ſ. eo. Sol. ibi loquitur de inſtantia cepta per defunctum que eſt hereditaria. ideo tranſit p̃ trebellianũ: ⁊ heres eſt tut⁹ ope exceptionis. hic eſt inſtantia cepta per heredẽ que nõ eſt hereditaria ⁊ ſic nõ tranſit ad fideicõmiſſarium. ⁊ ſic eſt neceſſe heredi caueri de indẽnitate. †Ex quo dixi c ſemel in. q. de facto cũ quidã ceſſiſſet oĩa iura ⁊ actiones q̃ habebat vt heres quod in ceſſionariũ nõ trãſibat inſtantia cepta de nouo per heredem. ¶ Oppo. ſ. eodem. l. j. §. j. Sol. habet exceptionem cõtra creditores hereditarios non cõtra eos cum quibus ipſe contraxit. quia non dicuntur hereditarij ideo eſt neceſſe qd eis caueatur vt hic. facit. l. ſi heres pecuniã. j. eo. ⁊. j. de fideiuſ. l. heres a debitore.

a ¶ Cũ hrs. ⁊ no. fin. caſum q̃ tabule ex nec ↄfirmãtur vt fideicõmiſſuz vtile vid bar. j. e. l. ex facto. ⁊ ibi. d. Io. an. ſ. d vul. ⁊ pup. An. barb. And. Po.

b ¶ Op. qd. ita dicas i fiſcũ text. c fin. i. l. ſi cũ dotẽ. §. fin. ſ. ſo. ma. et qño q̃s dicat̃ ſubire iudiciuz p̃ aliuz vide bar. i. l. j. ſ. e. ⁊ i. l. ſi cũ hoĩez. ff. d fideiuſ. Et vid tex. val de no. i. l. titius. ſ. de p̃cura.

c ¶ Ex q̃ dixi ⁊ vide barto. in. l. cuz hoĩez. ff. de fideiu. bal. i. l. p̃ diuerſas. C. mãdati an aũt relegatus poterit cedere. vide tex. fin. qd ſic in. l. de pollicitationib⁹. ff de polli. ſ̃z bald. in. l. per diuerſas. Andr. Barba.

a ℭ Ex hoc
appet. ⁊ vi
de nouum
qđ dixit bľ
d⁹ i addit.
ſpe. ꝺ arbi.
qđ lʒ mior 1
cōpromit,
tat non vr 2
leſus q: cō
promiſſuʒ
eq̇paƚ con
tractui niſi
īcepit liti=
gare coraʒ
arbitro: et
an ſit vera 1
cogita. An
dre. barb.
b ℭ Debito
ris. addꝺq̇d
ſi ſit ſtatu,
tū ꝙ debi,
tor ꝑ pecu
nia exacta
poſſit capi
⁊ ei⁹ heres
an ſi heres
ſit mior ca
pi poſſit.
Ro. conſi.
cxx. in q̄rtū
aūt alexā.
tāgit anſtā
te ſtatuto 2
ꝙ debitor
poſſit capi
ad requiſi
tionē cre,
ditoris an
poſſit capi
abſq̄ cita, 1
tione ⁊ an
ad inſtātiā 2
ceſſionarij
vid ro. ɔſi.
cxlij. ⁊ ad,
de hic que
hēs ꝑ cun,
dē alex. in
cōſi. xviij.
col. ſi. in. v.
volumine.

in principio. ℭ Opponitur qđ ad fi
deicommiſſarium non tranſeat dam
nū ex cōpromiſſo. vt. l. ſi dictū. §. ſi pro, 1
miſero. ſ. de euic. Sol. aliud in empto
re ⁊ vēditore. rō q: ibi venit leuis cul 2
pa: aliud in herede ⁊ fideicōmiſſario
vbi nō teneƚ niſi de lata tm̄. vt. l. mu,
2 lier. §. ſed ſi eñ. ſ. eo. ex † hoc apparet[a]
a ꝙ cōpromittere non eſt lata culpa: q:
tunc imputareƚ heredi nec ei caueret
de indēnitate: ſed contra hoc opp. eo=
ipſo qđ quis cōpromittit decipiƚ: vt. l.
ſi minor. xxv. annis filiofa. §. j. de mio.
ergo eſt lata culpa. tn̄ ſol. huius eſt vt
pʒ ex his que ibi dixi.
☞ Facta reſtitutione in vna re q̄ñ vi
deatur facta in omnibus.
Procuratori ſimplici qđ poſſit actio
cedi ſicut ⁊ fideicommiſſum reſtitui.

Reſtituta. Not. bene
iſtos caſ⁹:
qđ reſtitutio fit re vel verbis.
Item fit tradēdo vel pariē
do. ℭ Querit glo. vtrū poteſt peti re 1
ſtitutio vnius rei? Dic qđ ſic: ⁊ bene.
ℭ † Secūdo querit: vtrū facta reſti
tutione in vna re videntur facta i oī,
bus rebus? Et tenet qđ ſic ⁊ bñ. Con
tra hoc videƚ. l. iij. in prin. ⁊ qđ ibi no.
de acqui. poſ. ſol. quedam eſt trāſlatio
iuris que fit per heredē in fideicōmiſ
ſariū: ⁊ tunc facta reſtōne in vna re vr̄
in omnibus eſſe facta: vt hic. quedam
eſt tranſlatio poſſeſſionis: tūc facta re
ſtitutione in vna re non videtur facta 1
in alijs: niſi apprehendaƚ vt in contra
rio: vt. l. cū heredes. de acquir. poſ. ita
dicit Dy. in. c. j. in. v. q. de reg. iur. li. vi.
ℭ Quero dicitur hic qđ poteſt reſti,
tui alij: vtrum hoc ſit verum ſimplr?
rn̄deo intellige de procuratore ſimpli
ci nō in rē ſuā: vt. l. ſi mulier. §. ex aſſe. 1
de iure do. dicam in. l. qui ita. in princi.
j. eo. Et ex hoc † dicūt docto. noſtri ꝙ
ſimplici ꝓcuratori pōt cedi actio ſi,
cut fideicō miſſum reſtitui: vt hac. l. cū
ſiƚ. ℭ Quero dr̄ hic hac mēte. an iſta
mens in dubio preſumiƚ? reſpondeo
ſic in eo qui ſciebat ſe teneri: vt. C. de
acq̄. poſ. l. ij. ⁊ quod ibi no.
☞ Tutor non poteſt cedere actionē
pupilli.
Verbum ſuccedat: trahitur ad fidei, 1
commiſſum.

Pupillus. Op. C. qui admi.
ad boñ. poſ. l. bo=
nor. So. dicas idē hic qđ ibi: q: iudex 1
poteſt ſupplere defectuʒ tutoris. Op.
de. l. bonorū. Glo. dicit tria ſunt. here,
ditas: ⁊ iſtam nō poteſt querere ſol⁹ 2
tutor. Item eſt bo. poſ. ⁊ in iſta quidā
dicūt idē qđ in hereditate, alij ſecus: 3

dic vt dixi in. l. impuberibus. de tu. ⁊ cur. da ab his:
⁊. l. tutor. j. de bo. poſ. Tertium eſt trebellianica reſti
tutio: de qua dic vt hac. l. ℭ Vltimo † no. ꝙ tutor nō
poteſt cedere actionē pupilli. qđ dic vt. l. nouare. de
noua. ℭ † No. ex hac. l. non eñ: qđ verbuʒ ſuccedat:
trahitur ad fideicōmiſſum. nam reſtitutio ſucceſſio
eſt. facit tex. in. c. raynutius. ⁊. c. raynaldus. extra de
teſt. dixi plene in. l. centurio. de vul. ⁊ pupi.

Damnis. Etiam coactiones pro=
rie transferunƚ per tre=
bellianum per heredes ⁊ per eos q̇ in iura
heredum ſuccedunt. h. d.

Nihil intereſt. Non curatur qualis ſit ꝑ
ſona ꝓcuratoris ad nego
tia. h. dicit.
q Dia.

Reſtituta. Quero: quid in iure patronat⁹
eccleſiaruʒ? Rn̄deo idem. arg. j.
de oper. liber. l. ſi operaruʒ. qđ no. per doc. in. l. monu
menta. C. de leg. ℭ Vltimo vide gl. ⁊ ſigna que po
nit caſus in quibus remanet aliquid penes heredeʒ
reſtitutione facta.
☞ Compulſio ⁊ reſtitutio fiunt iudicis officio nō
iure actionis.

Pap. tractat. Qđ iure accre=
ſcēdi acquiritur
ad fideicommiſſarium pertinet. h. d. ad
q. quam fecit text. vtruʒ ſit opus noua
reſtitutione? Reſpondet glo. qđ non: et
bene. ℭ Oppo. ſ. de vſufru. accre. l. interdum. ſolu.
aliud in vſufructu: aliud in proprietate: q: vſuſfruct⁹
accreſcit perſone: proprietas rebus. ⁊ hoc qđ illud
quod venit iure accreſcendi reſtituaƚ: dixit in. l. mar,
cellus. §. quidam. ſ. eo. ℭ † Vltimo iſte tex. facit qđ 1
compulſio ⁊ reſtitutio fiat iure actiōis ibi: alia actio
⁊c. ⁊ ita allegat glo. in. l. non eſt cogendus. j. eo. veri
tas eſt quod fit officio iudicis. vt dixi in. l. ſi legatus.
in prin. ſ. eo. ⁊ hoc nomen actionis large poniƚ: vt. l.
actionis verbo. de ver. ſigni.

☞ Statutum de debitore carcerando habet locū
in eius herede.

Poſtulante. Ad id ad quod pote=
rat compelli defun
ctus poteſt compelli heres defuncti. licet
verbis legis non exprimatur. h. d. ℭ Op
po. ſ. eo. l. apud. §. vtrum. Solu. ibi deceſſit ſine here
de. hic cum herede: et ſic concordat cuʒ vltimo reſpō
ſo huius principij. ℭ Querit glo. an in herede trāſ
eant actiones ipſo iure? Dic vt in ea. ℭ Vltimo fa,
1 cit † iſte textus. dicit ſtatutum: quod debitor debet
b carcerari pro debito. quid de herede debitoris?[b] Re
ſpon. vt hic quod idem licet in ſtatuto nulla fiat mē
tio heredis.

☞ Acceſſiones queſite ex ꝓuiſione defuncti vē
niunt in reſtitutionem etiam in liberis primi gra,
dus.
Liberi primi gradus non tenentur reſtituere fidei,
commiſſum ex fructibus.
Fructus qui percipiuntur mora reſtituentis veniūt



in fideicommiſſum etiam in liberis primi gradus.
4 Fideicommiſſarius habetur loco heredis.

Sed in huiuſmodi. Acceſſiones q̄ q̄= 1
runƚ ex ꝓuiſione
defuncti veniunt in reſtitutionem. h. d. Primo ponit 2
duas q̄ōnes ⁊ opi. q uerentis. ſecundo ponit vnā rōn
ſionē pro: aliam cōtra. tertio determinat. quarto re=
ſpondet vni rōni que in cōtrarium poſſet fieri. ſcđa 3
ibi: reſpondi. tertia ibi: ſed q: quarta ibi: ſed cū here
1 ditarios. ℭ † No. ꝙ acceſſiones queſite ex ꝓuiſiōe
defuncti veniūt in reſtitutionē etiaʒ in liberis primi 4
gradus qđ no. loquiƚ eñ hic de filia. ℭ Secūdo no
2 ta † ꝙ liberi primi grad⁹ nō tenenƚ ſupplere fideicō
miſſum ex fructibus vt hic. ibi. ſed q: nō vt heres ⁊c.
3 dixi in. l. ita. §. heres ex aſſe. ſ. e. ℭ † Tertio not. qđ
fructus qui ꝑcipiunƚ mora nō reſtituētis veniūt i fi,
deicommiſſum etiā in liberis primi gradus: vt hic.
4 ℭ † Quarto no. ꝙ fideicōmiſſari⁹ loco heredis hr̄
vt. ſ. qđ cum eo. l. ſi filius. ⁊ inſtituta de fideicōmiſſ.
here. §. reſtituta. ℭ Vltimo no. differentiā quā facit 1
iuriſconſultus inter fructus q̇ percipiunƚ ex ꝓuiſiōe
defuncti: ⁊ eos q̇ ꝑcipiunƚ opa ⁊ diligētia heredis. a

Qui totam. Qui quartam reti,
nere nō vult conſul,
tius facit: ſi adit coacte q̄ ſi ſponte adi,
ret. ℭ Op. etiā q̄ñ adit ſpōte trāſferūƚ
actiones per treb. vt. l. j. §. j. ſ. e. Rn̄. poſ
ſet eſſe ꝙ poſt aditionē ante reſtōnē fideicōmiſſari⁹
decederet ſine herede alias nollet ſibi reſtitui ⁊ ſic
adiēs remaneret implicitus oneribus hereditarijs
qđ non eſt ſi adit coacte: vt. ſ. l. proxi. ⁊. l. apud iul. §.
vtrum. ⁊. §. antiſtia. ſ. eo. qđ no.
1 ☞ Charitas defuncti facit non conditionem quod
erat cōditio in perſona alterius.

Seius. Tempus certe etatis ex ꝓ,
ſumpta voluntate, defuncti
propter charitatē perſone facit diē nō
cōditionē. Item fideicommiſſario an
te reſtitutionem poſtq̄ dies ceſſit mor
tuo fideicommiſſum ad heredem tranſit. hoc dicit.
ℭ Oppo. ſ. de leg. j. l. ſi cui. §. j. in princ. Sol. dicunt 2
quidam hic reliq̇t pure poſtea diē ꝓſtatiōis ꝓtulit
hoc eſt ɔ hūc tex. in vna eñ ⁊ eadē oratione rogauit
1 de reſtituēdo in tp̄s certe etatis. Dic ergo † ꝙ iſtud
eſt ex ꝓſumpta volūtate defuncti ꝓpter charitatem
perſone cui debebat fieri reſtō: q: filio ſuo. dixi ple=
ne in. d. l. ſi cui. Sed poſito ꝙ prima ſolu. eſſet vera
ad ipſam op. de cōdi. ⁊ demon. l. quibus diebus. §. j.
Sol. ibi fuit adiecta dies incerta: hic certa. Querit
glo. vtrū heres iſtius fideicōmiſſarij petet ſtatim an
expectabit tp̄s quo ille perueniſſet ad illā etatem.
Gl. qđ expectabit. Pe. aliter vt refert Cy. in. l. ex his. 3
C. q̄ñ di. le. ce. pro quo facit. j. e. l. filiā. ⁊ qđ ibi dicam.

Si heredi. Solutum occaſione debiti
naturalis reſtituiƚ fideicō,
miſſario. hoc dicit. 4

Paulus. In rebus ſubtractis per
fideicommiſſariū perdit
fideicōmiſſi petitionē. h. d. ɔcordat. C.
de le. l. non dubium. ſic et econuerſo in
rebus ſubtractis heres perdit benefi=
cium quarte: vt. ſ. ad. l. fal. l. beneficio. ℭ Op. j. quo

rum le. l. j. §. rediguntur. Dic vt in gloſ.

☞ Heres ante reſtitutionem quan,
do poſſit conueniri.
Actio vtilis aduerſus eum qui ea te=
netur perpetuatur facta reſtitutione
contra eum qui tenetur directa.
Remedia. l. perfectius. C. de anna. ex,
cep. non habent locum in herede non
habente domicilium.
Heres q̄ñ cogatur iudiciū ſuſcipere
vſq̄ ad litis conteſtationem: quando
vſq̄ ad ſententiam: et quando vſq̄ ad
ſatiſfactionem.

Cum hereditas. Qui alias non cogitur ſuſci
pere iudicium cogitur tunc
quādo actiones ſunt tēpore perituræ.
hoc dicit. ℭ Op. † ꝙ heres idiſtincte
añ reſtitutionē poſſit ɔueniri. vt. l. ita
tn̄. §. qui ex treb. ſ. e. So. vna lect. eſt[a]
quod hoc intelligiƚ ante reſtōnē: ⁊ tūc
debet intelligi altero de duob⁹ modis
ſ. quod heres coactus adiuit. tūc eñ
hʒ exceptionem ante reſtōnē: vt. l. po,
ſtulāte. in pn. ſ. eo. niſi actiones eſſent
tp̄e periture vt hic. Vel intellige in he
rede qui adiuit ſpōte ⁊ paratus eſt in
continenti reſtituere: tūc enim habet
exceptionē niſi actiōes eſſent tp̄e pe,
riture vt hic. ⁊ ſm̄ hoc tex. qui dicit cū
hereditas ex trebelliano ſenatuſcon,
ſulto reſtituiƚ. i. eſt in actu reſtituendi
de proximo. Scđo modo pōt intelligi
poſt reſtitutionē factā: ⁊ tunc ob. ɔtrariū
q: heres nō pōt ɔueniri: ſʒ dʒ limitari:
niſi actiones eſſent tp̄e ꝑiture: vt hic.
Ex quibus tribus lectu. collige diſtin
ctionē breuē ⁊ notabileʒ per te. Et ex
2 iſta vltima no. † diligenter ꝙ facta re
ſtitutiōe cōtra eū qui teneƚ directa ꝑ,
petuaƚ actio cōtra eū q̇ teneƚ vtili. Nā
hic facta cōtra heredē ɔteſtatiōe ꝑpe
tuaƚ actio ɔtra fideicōmiſſariū: facit
C. de duo. re. l. fi. ⁊. de ſol. l. cū q̄s ꝑ eo.
⁊ qđ ibi dixi. ℭ Op. ꝙ nō ſit neceſſa,
riū iſtud remediū cū poſſit ꝑpetuari
actio per remedia. l. vt perfecti⁹. C. de
anna. excep. Rn̄d. fateor niſi ponas fi,
deicōmiſſariū eſſe ſine domicilio. Di=
3 cit gl. no. † quod remedia. l. vt perfec=
tius. non habent locum in herede nō
habente domicilium. ℭ Opponitur
j. de bon. poſ. ſm̄ tabu. l. equiſſimū. ſo.
4 vt glo. ℭ Quero † an heres cogatur
iudicium ſuſcipere vſque ad litem cō
teſt tm̄. an vſq̄ ad ſn̄iam: an vſq̄ ad
ſatiſfactionem. in gloſſ. ſunt opinio. tu
dic qđ hic conuenitur heres ex neceſ,
ſitate ne res pereat. aut ergo actori
eſt cōſultū per lit. conteſta. ⁊ tunc ſuffi

Andreas
Pomare.
a ℭ So. vna
lect. eſt. Et
ſic ſi heres
adijt et in=
continenti
vult reſti=
tuere non
cogiƚ ſubi,
re iudiciū
niſi actio
eſſet tēpo,
re ꝑitura.
nā tūc mul
ta ſunt ſpē
lia. ⁊ vide
ſing. dictū
bar. i. l. ſci⁹
⁊ augeri⁹
ff. ad. l. fal.
⁊ in. l. more
ff. de ſer. et
ang. in. l. cū
hi. §. trāſa,
ctione. ff. ꝺ
trāſac. ⁊ in
l. j. ff. de pe.
here. q̄ oīa
vide oīno.

a ℭ Pr̄ diſſi
pās.adde
an pr̄i diſſi
pāti auſe-
rat̄ admini
ſtratio.bal
duȝ conſi.
lxxv.v.lib.
Andreas
Pomate.
b ℭ Ultimo
dicit.et ita
refert hic
Ange.vna
cū bal.ꝯſu
luiſſe apd̄
Aretiū.an
aūt cogat̄
vēdere vt
ex p̄tio ala
tur: ſi fru-
ct⁹ nō ſuffi
ciūt dic ꝙ
nō niſi eēt
futur⁹ dn̄s
rex.eſt val
de not.ſm̄
Ang.in.l.j.
§.ſi mulier
ſ.de vēt.in
poſſ.mit.et
vide eū ib.
⁊ in.l.j ff.d
pet.here.⁊
ibi no.glo.
mirabilem
ſm̄ eū quē
ibi omnino
videas.
c ℭ Ualoꝛ.
Adde qd̄
voluit Ro.
ꝯſi.clxxxix.
⁊ ꝯſi.ccccc-
x.in ſi.

cit conteſtatio.aut nō eſt cōſultū quia 3
forte eſt actio q̄ cōteſtatiōe nō perpe
tuat̄ vt actio de dolo.⁊ tūc opȝ qd̄ ſu
ſcipiat vſq3 ad ſniam vt.l.ſȝ ⁊ ſi reſti-
tuat̄.§.ſed ⁊ ſi dies.⁊ qd̄ ibi not.ſ.de
iud.Si vo p ſniam nō cōſulit̄ actoꝛi
vt q2 res erat peritura:pone eū qd̄ de b
bebat mihi dare ſuū cui erat relicta 4
hereditas ⁊ eſt periculū ne moꝛiat̄ añ
cōditionē.tūc coget̄ ſuſcipere vſq3 ad c
ſatiſfactionē.arg.l.apud.§.antiſtia.et
l.ille a quo.§.j.qd̄ no.in.d.§.ſed et ſi
dies.⁊ ſm̄ hoc nō pōt pati heres dā-
nū q2 nō cogit̄ ad ſatiſfactionē niſi re
rū que ſunt in hereditate in quib⁹ pe
riculū imminet ꝓ quib⁹ poſtea fidei-
cōmiſſarius conueniri poterat.
1 Pr̄ rogatus reſtituere filio ſi diſ
ſipat q̄n cogat̄ reſtituere ipſi filio.
2 Hec lex an hodie ſit coꝛrecta: quod
non.
3 Filiuſfami.etiā in his in quib⁹ patri
non queritur vſuſfr.non teſtatur.
4 Alimenta debent moderari reſpectu
valoꝛis patrimonij.

a IMperatoꝛ. Pat̄ diſſi-
pans fideicōmiſſum cogit̄
filio exiſtēti in poteſtate re-
ſtituere etiam ante cōditionis euētū.
h.d. ℭ †Oppo.ꝙ etiā q̄n nō diſſipat 1
cogat̄ pater filio in poteſtate reſtitue
re vt.ſ.eo.l.cogi.§.ſi pater.So.ibi ēt
diſſipabat nolendo adire hereditatē
vt ibi dixi:lȝ gl.aliter ibi ſentiat.Op.
in auť.de nup.§.ſed qd̄ ſancitū.C.de 1
bo.ma.l.j.So.gl.qd̄ hic loquit̄ q̄n pr̄
eſt in dolo.ibi q̄n eſt in culpa.Tu dic
ꝙ ſiue pater ſit in dolo:ſiue in culpa
idem eſt.ꝓbat̄.C.de ſen.paſ.l.ſi.facit
qd̄ no.per glo.ſ.ſo.ma.l.ij.verſi.qd̄ ſi
in patris.in gl.que incipit moꝛte vel
emancipatione.vbi equiparat patrē
effici pauperē ⁊ moꝛi.Nō ob ꝯtrariū.
q2 ibi loquit̄ q̄n pater diſſipat tali mō
qd̄ filio pōt eſſe cōſultū.vt vendēdo
immobilia que fili⁹ poterit vēdicare:
ſecus ſi diſſipat taliter qd̄ filio nō poſ 1
ſit eſſe conſultū.qd̄ tene menti.q2 quo
tidianū.ℭ Op.ſ.eo.l.vbi pure.ſolu.
hic pater diſſipat ibi non.ℭ Quero
2 † an hec.l.hodie ſit coꝛrecta.cuȝ inter
patrem ⁊ filiū valeant hodie cautio-
nes in aduētitijs.vt.l.iubemus.C.eo.
dixi plene.in.l.ſi quis pꝛo eo.§.j.ſ.de ſi
deiuſſoꝛibus.Et videt̄ qd̄ ſic.nā ideo
q2 cautiones nō poterāt habere locū
deuentū eſt ad iſtud remediuȝ vt hic
dicit tex.Puto qd̄ nō ſit coꝛrecta ꝑ.d.
l.ſi.C.de ſentē.paſ.Nec ob.qd̄ poſſunt
interponi cautiones:q2 nō dȝ filius ſe
cōmittere fragilitati cautionum:vt.l.
cogi.§.ſi pater.ver.idem querit.ſ.eo.facit iſta †.l.ad 3
q.an filius poſſit teſtari in his in quibus patri non
querit̄ vſuſfructus.Et videt̄ qd̄ ſic.q2 in his equipa
ratur filio militi.ſed hec intelligas quantū ad agen
dum et defendendū nō quo ad teſtandum vt.C.qui
teſta.fa.poſ.l.ſi.nota.ſ.eo.l.j.§.in filij.⁊.l.qui in pote
ſtate.ſ.de teſt.Ultimo b † dicit Jac.de Are.ꝙ leges
que dicunt quod alimenta q̄ debent moderari ſm̄
facultatem patrimonij vt.ſ.vbi pu.edu.de.l.ius ali-
mentoꝛum.debent intelligi non reſpectu valoꝛis c vt
hac.l.in ſi.⁊.d.l.fina.⁊.d.l.ius alimentoꝛum.in pꝛin-
cipio.

CUm heres. Deductio legatoꝛum non intelligi-
tur de legatis inualidis.item dos pꝛe-
legata deducitur vt debitum nec im-
peditur trebellianice quarte deductio
ne.h.d.ℭ Op.qd̄ debitum compenſetur cū quarta
vt.ſ.ad.l.fal.l.ſi debitoꝛ.So.ibi teſtatoꝛ hoc expꝛeſſe
dixit hic non.

SI res aliena. Heres non co-
gitur reſtituere
qd̄ ad eū peruenit non vt ad heredem.
h.d.ℭ Opp.ꝙ iſtud legatū rei aliene
valet.vt ſaltem poſſit peti eſtimatio vt
l.cum alienā.C.de leg.Solu.illud verū quando res
aliena legatur non dn̄o.ſed hic lȝ ab initio fuerit reli
cta non dn̄o.tn̄ quia dn̄o ſucceſſit legatario non de-
bet̄ q2 deuenit ad eū caſum a quo incipere non pōt.
hoc eſt contra.l.plane.§.ſi duob⁹.vlti.rn̄.ſ.de lega.j.
vbi ſufficit in perſona pꝛimi legatarij valuiſſe legatū.
Ad hanc.l.reſpondeo qd̄ non debet reſtitui res ſed
actio perſonalis que competebat pꝛo legato contra
heredem pꝛimi teſtatoꝛis bene tranſit.nec eſt qui re-
pugnet.
An ſeruus poſſit cogere ſeruum adire.

SEruus. Si ab vno debet̄ hereditas ab alio
libertas nō eſt locus coactiōi:ſec⁹ ſi
ab eodē vtrūq3 debet̄ ſiue ab ītio:ſiue ex poſtfacto
ꝑ accidēs.h.d.ℭ Op.qd̄ nō ſit neceſſe qd̄ manumit
tat̄.cū ſtati cū relinquit̄ hr̄ditas ſit liber.C.de neceſ.
ſeruis here.inſti.l.quidā.§.j.Sol.ibi q̄n hereditas re
linquit̄ directo hic per fideicōmiſſuȝ.ℭ Op.ꝙ etiā
ſeruo remanente in ſeruitute pōt relinqui vt.d.l.qui-
dam.§.illo.So.pōt relinqui nō vt heres cogat̄ ei da
re ſed hoꝛtabit̄.ℭ Opp.ꝙ ſeru⁹ nullo caſu poſſit co
gere heredē vt.ſ.e.l.cogi.§.ſi ſeruo.Solu.ibi loquit̄
in ſeruo heredis hic i ſeruo hereditario.ℭ Pꝛothu-
ſius declaratione do.in.l.iij.C.de fideicō.liber.ponūt
vnā diſtinctionē multū imperfectā.Tu diſtingue ſic.
vtrū ſeru⁹ poſſit cogere heredē adire.Dic.aut relin-
quit̄ hereditas ⁊ libertas ſeruo heredis aut ſeruo te
ſtatoꝛis aut ſeruo extranei.Pꝛimo caſu nō pōt cogi
adire vt.l.cogi.§.ſi ſeruo.ſ.e.Scd̄o caſu aut ab vno
⁊ eodē debet̄ hereditas ⁊ libertas.aut ab vno here-
ditas ab alio libertas.Pꝛimo caſu aut vtrūq3 debet̄
pure ⁊ pōt cogi adire vt hic.ſiue ab initio debeat̄ ab
vno ſiue ex poſtfacto ꝑ accidēs vt h pȝ.Si vero vnū
pure aliud ſub conditione tūc aut libertas pure he
reditas ſub conditiōe ⁊ pōt cogi adire vt.ſ.e.l.ſi cui.
in pn̄.aut econuerſo hereditas pure libertas ſub cō-
ditione ⁊ nō pōt cogi vt.d.l.ſi cui.ſ.e.§.j.Si vero a
diuerſis



diuerſis:vt ſi debetur ab vno libertas ab alio here- 4
ditas tunc aut debetur libertas ab vno herede ab
alio hereditas ⁊ non eſt loc⁹ coactioni vt hac.l.in pn̄.
ſi vero libertas debetur ab vno legatario:hereditas
ab herede:tunc aūt plures erāt heredes inſtituti.et
nō eſt locus coactiōi vt.ſ.e.l.nō eſt cogēdus.aut erat
inſtitutus tm̄:⁊ eſt locus coactioni:vt.ſ.e.l.apud.§.
antiſtia.⁊ no.per gl.ſ.eo.l.cogi.§.ſi ſeruo.Si vero a
plurib⁹ debet̄ libertas ⁊ ab vno ex his hr̄ditas tunc
eſt locus coactioni:q2 illi vni adeūti libertas compe-
tit:vt.l.teſtō.de manu.teſta.⁊ hoc vult dicere text.hic
ibi cū dicit ab oīb⁹ ⁊c.Nec ē neceſſaria gl.q̄ exponit
omnibus id eſt ab aliquo omniū.Tertio caſu q̄n re-
linquit̄ ſeruo alieno an quis cogat̄ reſtituere.Gl.in
l.ita tn̄.§.ſi.ſ.e.videt̄ tenere qd̄ ſit locus coactiōi.iſte
leges videntur innuere cōtra.⁊ no.in hac.l.ſi res.in 1
vltima gl.ibi dū dicit loquitur in ſeruo hereditario
non heredis vel extranei.Dic ergo aut dn̄s paratus
eſt vendere ita qd̄ per aditionē ſeruus habilitari po
teſt ab herede ad recipiendā reſtitutionē ⁊ eſt locus
coactioni.aut nō eſt paratus ⁊ non eſt loc⁹ coactioni
arg.l.deberi.C.de fideicō.lib.⁊.l.ſi cui pure.in pꝛin.⁊
§.j.ſ.e.An aūt poſſit heres cogi reſtituere:Dico qd̄
in oībus caſibus in quibus pōt cogi adire pōt cogi
reſtituere per eaſdē.ll.In caſib⁹ vero in q̄b⁹ non pōt
cogi adire ſi adeat ſponte ⁊ per aditionē ſeruus cōſe 2
quit̄ libertatē pōt cogi reſtituere vt.ſ.eod.l.cogi.§.ſi
ſeruo.Item ſi quoquo mō ſeruo libertas obuenerit
vt no.in.l.non eſt cogendus.in glo.ſuper verbo pen-
deat.ſ.e.ℭ Op.qd̄ ſit differētia quo iure quis ſit de
bitoꝛ:vtrū ex perſona ſua vel alterius vt.ſ.eo.l.ſi pa-
troni.§.qui fideicōmiſſam.⁊ de ſol.l.⁊ magis.⁊ de in
offi.teſt.l.nihil.§.ſi.Dic qd̄ ibi ex diuerſitate perſona 3
rū vel iuriū inducit̄ diuerſitas rationū:⁊ ꝑ cōſequēs
diuerſi effectus.hic ſecus.
1 Quis cogatur adire ⁊ reſtituere officio iudicis.

NOn eſt cogendus. Hic innuit
qd̄ ſi ſeru⁹ ante reſtitutionē decederet
heres remaneret implicitus.Cōtra.ſ.
eo.l.poſtulante.in pꝛin.Sol.ibi in libe-
ro hic in ſeruo.ſed hoc videt̄ cōtra.l.apud.§.vtrū.et 4
§.antiſtia.ſ.eo.Sol.ibi in ſeruo qui cogebat̄ ex vo-
luntate defuncti hic non.ℭ Op.hic dicit̄ qd̄ ſi lega
tarius decedit viuo teſtatoꝛe legatū remanet apud
heredē cū onere ſuo.Cōtra.C.de ca.tol.§.in pꝛimo.
Solu.quidā qd̄ hoc ſpāle fauoꝛe libertatis.⁊ in hoc
multū ſe inuoluit gl pe.⁊ vlti.huius.l.dic quod in ꝓ
non ſcripto eſt verū qd̄ eſt ſpāle in libertate:vt hic:ſȝ
in caduco vel quaſi remanet cum onere ſuo.tam de
iure antiquo q̄ de nouo.vt.ſ.de leg.ij.l.celſus.in ſin.
⁊.C.de cad.tol.§.in pꝛimo.⁊.§.pꝛo ſecundo.ℭ Que
1 ro † quo iure quis cogatur adire ⁊ reſtituere.Gloſſ.
dicit officio iudicis qd̄ declaraui in.l.ſi legat⁹.in pn̄.
ſ.e.Alij dicūt ꝙ iure actionis.ꝑ.l.papinianus.ſ.eo.
ſed ibi reſpondi.
1 Rogatus reſtituere in caſu hui⁹.l.an fructus in 1
reſtitutione veniant.
2 Si heres aliqua alienauit ⁊ aliqua emit an empta in 2
caſu huius.l.veniant in reſtitutione.
3 Expenſa attribuit̄ illi patrimonio cui⁹ contēplatiōe
apparere poteſt facta.

4 Trebellianum an habeat locum quando quis ro-
gatus eſt reſtituere quicquid ex hereditate ſuper-
fuerit.

TItius. Rogatus reſtituere qd̄ ex
hereditate ſuperfuerit pōt
bona fide diminuere.Itē in dubio ex-
pēſa ab vtroq3 patrimonio intelligit̄ eē
facta ꝓ rata.h.d.ℭ Pꝛimo ponit vnuȝ
dictū.Scd̄o illud ꝓbat ꝑ autoꝛitatē.Tertio illud cō
mēdat ⁊ aliā autoꝛitatē adducit.Quarto dicit cau-
tionē pꝛeſtandā.ſcd̄a ibi:diu⁹ aūt.tertia ibi ꝙ mihi.
quarta ibi ꝓpter hm̄oi.ℭ Opp.C.e.auť.ꝯtra roga
tus.So.fateoꝛ qd̄ hoc eſt hodie immutatū.nā fidei-
cōmiſſo ſic relicto tenet̄ rogat⁹ reſeruare fideicōmiſ
ſario quartā.Et tres ptes pōt diminuere vel aliena-
re.Quero vtrū hoc † caſu veniāt fruct⁹ in reſtitutio-
nē.Gl.diſtinguit an fuit rogatus reſtituere qd̄ ſup-
eſt ex hereditate.⁊ fruct⁹ nō veniūt in reſtitutionem
vt.l.deducta.§.pe.ſ.e.ſecus ſi fuerit dictū quicq̇d ſu-
pereſt ex bonis.vt.l.in fideicōmiſſi.§.nōnūq̄.de vſu
ris.rō q2 q̄n dr̄ quicq̇d ſupeſt ex hereditate fruct⁹ poſt
ea ꝑcepti nō ſunt hereditatis vt.l.in fideicōmiſſaria
ver.quoties.ſ.e.ſed q̄n dixi qd̄ ſupereſt ex bonis ſe-
cus:q2 fructus ex bonis ſunt.nō eīn̄ deſinūt eē bona
per aditionē.ſȝ deſinūt eſſe hereditas.ℭ Quero q̇d
† ſi aliqua alienauit ⁊ aliqua emit:Rn̄deo:vt.l.im-
peratoꝛ.§.ſi.cū ſeq.ſ.de leg.ij.⁊ ibi dixi.contra pꝛedi
cta tamen facit.l.heredes mei:in pn̄.ſed dic vt ibi di-
xi.ℭ Uenio ad ver.diuus.op.ſ.de nego.geſt.neſen-
nius.vbi ꝓhibetur eligi hec media via.ſolut̄.hic ex
vtraq3 parte erat par rō:ibi ex vna parte erat rō que
pꝛeponderabat.ideo illi patrimonio magis attribui
tur.Et per hoc † dic quod ſi hoc poſſit apparere qd̄
expenſa eſſet facta magis contēplatiōe vnius pa-
trimonij quā alterius illi attribuet̄.arg.l.hinc querit̄
§.pe.de pecu.facit qd̄ no.ꝑ doc.in.l.j.circa ſi.C.de bo
nis ma.ℭ Uenio ad ver.qd̄ mihi.Op.qd̄ nō ſit cre-
dendū exemplis:vt.C.de ſen.⁊ inter.l.nemo.Sol.hic
erat exemplū pꝛincipis qd̄ licet.ibi alterius.ℭ Ue-
nio ad vltimam partē oppo.C.eo.auť.cōtra rogat⁹.
So.fateoꝛ qd̄ hodie aliter ſatiſdat̄ q̄ olim.ℭ Que-
ro † circa iſtam.l.vtrū trebellianū ſenatuſconſultum
habeat locū in fideicōmiſſo relicto per iſta verba q̇c-
q̇d ex hereditate ſuperfuerit ⁊c.Text.videt̄ qd̄ nō.ſ.
eo.l.cogi.§.⁊ generaliter.cum ſe.Hodie videtur qd̄
deberet habere locum treb.per auten.contra roga-
tus.cum hodie de neceſſitate debet reſeruari quar-
ta.vel dic quod etiam de iure antiquo habet locum
trebel.aliud enim eſt dicere rogo reſtituas quicquid
ſuperfuerit tempoꝛe moꝛtis:quod intelligitur ſi q̇d
ſuperfuerit non deperditum vel alienatū.Aliud eſt
dicere quicquid ſuperfuerit deductis oneribus he-
reditarijs.tunc videtur rogatus de reſtituenda cer-
ta re.⁊ trebellianice loc⁹ nō eſt vt.d.§.⁊ generaliter.
ℭ Ultimo no.quod ꝑ iſtas cautiones pꝛetoꝛias non
debetur plus ſed cautius.
1 Qd̄ nō tranſit ad heredē heredis nō trāſfert̄ ꝑ
trebellianū in fideicōmiſſarium.
facit ſupra de vſu. l. in fideicommiſſi. §. cum pollidi⁹.
et. l. ſi ita. §. ſ. ſ. de leg. ij. ¶ Opp. ſ. de ali. le. l. lucius.
ſo. eodem modo: quia hic fuit dilatio appoſita fauo-
re fideicommiſſarij.

☞ Alienari ꝓhibita non veniunt in fideicommiſſo
vniuerſali.
Exceptio licet firmet regulam non tamen illam am
pliat.

**Pluribus.** Prohibita † alienari nō veniūt [d]
in fideicommiſſo vniuerſali. h. d.
¶ Opponitur quod prelegata veniant in fideicom

a ¶ Qui ha
bebat. ⁊ de
iſto text. vi
de bald. in
l. ſ. in. ix. q.
C. q̄n non
pete. par.

b ¶ Et pro
tali tm̄. no. 2
ad ſtatutū
ꝙ banniti
vſq; ad cer
tā ſummā
⁊c. ⁊ vide
bart. in. l. ſi 1
fideiuſſor.
de ſol. vbi
habes p⁹ 2
cum.

c ¶ Here-
dum. vide
bal. in rub. 1
C. de ver.
gni.

d ¶ Non ve
niūt. no ad
limi. l. cum
virū. de fi-
deicom.



miſſo relicto per hec verba vniuerſalia. vt. l. cum vi- a
rum. C. de fideicommiſ. Solu. hic fallit quia teſtator
prohibuit illas perceptiones alienari fauore libero-
rum: quod apparet ex eo quod dixit quod qui vita
ſuperaſſet ſolidos fundos haberet. videtur em̄ illas
perceptiones ſpecialiter alij reliquiſſe: vnde in fidei
commiſſo vniuerſali non veniunt. ¶ Opponi. exce-
ptio cōfirmat regulam in caſibus non exceptuatis. 1
vt. ſ. de regulis iur. l. ſ. ſed hic teſtator excepit eos alie-
num. ſ. ex. legata. ergo totum aliud videtur velle re-
2 ſtitui. Solu. dicebat Old. fateor quod † exceptio cō- 1
firmat regulam: non tamen eam ampliat vt porriga
tur ad caſus ad quos primo non porrigebatur. facit
ſ. de vſufruc. leg. l. generali. §. vxori.

1 ☞ Dos prelegata non cadit in fideicommiſſo niſi
ſpecialiter ſit dictum: ⁊ quarta ad dotem ſufficiat.
Clauſu. quod legata reſtituantur non porrigitur ad
debita prelegata niſi probetur teſtatorez ſic ſenſiſſe.
2 Dos quando veniat in ſubſtitutione vulgari et q̄n in
fideicommiſſaria.

1 **Maritus.** Dos † prelegata nō cadit in fidei
cōmiſſo niſi ſpecialiter ſit dictū:
et quarta ad dotem ſufficiat. h. d. ¶ Not. quod hec
verba quod legata reſtituantur: non porrigūtur ad
debita prelegata: niſi probetur teſtatorē ſic ſenſiſſe. 1
facit. ſ. eod. l. deducta. quod intellige ſi apparet eſſe
debitum per alias probationes extra teſtamentum.
al's eſſet idem quod de alijs legatis licet vt debituȝ
prelegaretur. vt. l. qui vxori. in prin. ſ. de aur. ⁊ ar. leg. 2
¶ Op. ad ſi. quia ſm hoc teſtator poteſt prohibere
fal. contra. l. quod de bonis. §. ſ. ſ. ad. l. fal. ſo. hoc mō 3
quod quarta computetur in debitum poterat olim
prohiberi ⁊ erat olim caſus ſpecialis: hodie eſt de iu-
re communi. vt auť. ſed cum teſtator. C. ad. l. falcid.
2 ¶ Quero † pater ſubſtituit filie ſi deceſſerit ſine li- 1
a beris: an in hoc fideicommiſſo veniat dos: [a] Dy. tan-
git in. l. a filia. in prin. ſ. eo. ⁊ ibi dixi me dicturū hic.
Tetigi etiam in. l. ſi. §. filie. ſ. de leg. ij. Cy. ponit in. l.
ſ. §. videamus. C. de rei vxo. act. et ibi recitat diſtin-
ctionē Mar. ſil. qui dicit aut queris an dos veniat
in ſubſtitutione vulgari. et dico quod ſic: quia eſt in
poteſtate filie adire hereditatem vel non. vt. l. iam
dubitari. de here. inſtitu. ſed hoc procederet quando
pater in teſtamento filiam dotauit: ſed ſi eam dota
uit inter viuos: tūc capit dotem iure ſuo non heredi-
tario: vt. l. pater filiam. ſ. ad. l. fal. Si vero queris an 2
dos veniat in ſubſtitutione fideicom. ⁊ tunc aut vni-
uerſaliter ſubſtituit ⁊ non venit dos in fideicom. niſi
appareat teſtatorem aliud ſenſiſſe vt. l. a filia. ſ. eod.
et. C. communia de lega. auť. res que. ⁊. ſ. ad. l. fal. l.
pater filiā. in prin. Si vero pater eam expreſſe roga- b
uit de reſtituenda dote: tunc aut filia habet al's tan-
tum de bonis patris quod ſufficit ad legitimam: et 3
poteſt grauari in dote: vt. l. ſi. §. filie. ſ. de lega. ij. aut
non habet tantum quod ſufficiat ad legitimā ⁊ gra
uari nō poteſt vt. l. quoniam in prioribus. ⁊. l. quoniā
nouella. C. de inoff. teſt. ita dicunt ipſi. pro qua diſtin
ctione haberis caſum in preſenti. §. ⁊ hoc quando fi-
deicommiſſum relinquitur per patrem a filia. ſecus
ſi relinquitur per filiaȝ ab alio ſibi herede inſtituto:
quia tunc dos venit in fideicommiſſum ſicut cetera

¶ Veniat dos. an filia poſſit grauari in dote per fi-
deicommiſſum. vide Bal. in. l. cum virum. in. ij. ⁊. iij.
col. C. de fideicō. ⁊ in auť. res que. in. iiij. col. hic alle.
adde an filia poſſit in dote grauari. Ioā. an. in addi.
ad ſpe. de inſtr. edi. §. vt autem. in addi. inci. ſed inci-
dit alia. q.

bona filie. vt. ſ. ea. l. §. filiam.
☞ Inſtantia cepta cum herede re-
ſtitutione facta contra ipſum et eius
heredem durat.

**Rogatus.** Inſtantia † cepta
cum herede facta b
reſtitutione durat contra ipſum ⁊ he
redem eius. h. d. ¶ Op. ſ. eod. l. ſ. §. ſ.
Solu. inſtantia iudicij cepta cum de-
functo trāſit in fideicom. vt ibi. ſecus
in ea que cepta fuit cum herede: ⁊ ſic
non fuit hereditaria: vt hic. et. ſ. eo. l.
cū hereditas. Ad hoc oppo. ſ. fami.
ercil. l. in iudicio. Glo. non ſoluit. dic.
ibi loquitur in iudicio reali qđ trāſit
ad ſucceſſorē ſingularē in quē facta
eſt alienatio neceſſaria. hic vero in iu-
dicio perſonali. ⁊ plene dixi in. l. ſi cuȝ
hominem. de fideiuſ.
1 ☞ Res nō reſtitute de nouo reper-
te debēt reſtitui: niſi prima reſtitutio
per modum tranſactionis fuit cele-
brata.
2 Remediū. l. ij. C. de reſcin. ven. ꝙ nō
habet locū in contractu tranſactiōis.
3 Deceptio vltra dimidiā qualiter pro
betur.
Leſio quando petitur reductio ad ar
bitrium boni viri qualiter probetur.

1 **Heres.** Res † de nouo reperte
non reſtitute debēt reſti
tui niſi prima reſtitutio p modū trāſa
ctiōis fuerit celebrata. h. d. ¶ Op. ſ.
de trāſac. l. qui cū tutorib⁹. §. qui per
fallaciā. So. intellige hic q̄n heres nō
fuit in dolo ibi ſic. ¶ Op. de trāſac. l.
iij. §. ſ. vbi reptis codicillis vitiať tran
ſactio. So. dicit gl. ⁊ bñ hic fuerūt re-
perta alia inſtrumenta ibi codicilli. Nō ptȝ
in. l. de his. de trāſact. ⁊. l. ſ. §. ſ. quead.
teſta. ape. Sed ꝯ hoc opp. † q2 hic eſt
decept⁹ vltra dimidiā iuſti p̄tij: vt pȝ
ex tex. ſō dȝ reſcindi p. l. ij. C. de rei vē.
⁊. l. ſi q̄s cū alr. de verb. ob. Dy. in. l. ſi
q̄s cū alr. dicit ꝙ in ꝯtu trāſactionis
nō habēt locū [b] dicte. ll. per hunc. §. gl.
hic. et per. qui ſequiť eā. C. de reſcin.
ven. l. ij. dicit † ꝙ ad cognoſcēdū vtrū
in trāſactione q̄s ſit decept⁹ vltra di-
midiā iuſti p̄tij nō hȝ eſtimari id qđ i
ꝟitate debet: ſȝ id qđ valebat ille du-
bius litis euētus. qđ plȝ. p hoc no. pra
cticā q̄n petiť arbitramētū reduci ad
arbitriū boni viri qđ arbitramētū eſt
trāſactio: vt i auť. vt diffe. iud. §. ſ. ⁊ ibi
no. ꝙ tūc n̄ ſuffic̄ ꝓbare ꝙ res ꝟa mihi

Bald. in. l.
q̄n nouel-
la. ⁊ conſil.
lxiiij. iij. li. ⁊
cxxxv. ij. li.

¶ Heres.
nō habent
locū. vtruȝ
l. ij. C. ꝺ rei
vē. habeat
locū in trā-
ſactiōe. ad
de Baldū
i l. ordo. C.
de execut.
rei iudic. et
per Imol.
hic. nec eti-
am habet
locum in
pacto. ſecū
dum Bal-
dum in. l. ſ.
C. de pact.
et iſtam gl.
alleg. bal.
in. l. fin. §. ſ.
in princ. C.
eo. de quo
habeť per
Imol. in. c.
quintauall-
lis. circa. x-
vj. char. de
iureiuran.

a ℂ Ut dixi in.l.adde Bar.in.l.ſi qs cū aliter.de ver. obli.⁊ in.l.ij.C.de reſci.ven.et tex.in.l.cū hereditas. de acqui.here.⁊ not.in.§.arbitrorum.x.col.

~ Andreas Poma.

b ℂ Julius phebus.⁊ vide Bar.in conſi.incip.Ang. mancie.p hac.l.ſi.

* Pro concordia. Aduerte. a quod bar. allegatur velle ſ.hac lege fin.ꝙ pluralis locutio non poſſit neceſſitate verificari in numero duorū. Cōtrarius allegatur i l.j.ff.de ꝑcu. Tu dic coadunatis verbis ipſi⁹ Bar. tam in.d.l.j. quam in hac.l.ſi. ſic dici poteſt prima opi. vera. vt hac l.ſi. ſi ratio recti ſermonis hoc patitur et ſm ſubiectam materiam. nam in.d. l.j.ideo pluralis locutio verificatur in ſingulari: qꝛ illa pluralitas comprehenderet etiā ſingularitates vt in ſilij in.l.ij.§.hoīes.ff.vi bo.rap.qꝛ nō proferꝰ illa pluralitas in vniuerſo: vt oīa in vniuerſo cōpꝛehē dat ſed eſt apta cōpꝛehēdere ⁊ oīa in vniuerſo ⁊ oēs particularitates in iudicio cum illud indiuiduū non abnegetur. iſtam ſolu.probat tex.in.l.nō eſt ſine liberis.ff.de verbo.ſignifi.in.l.iij.§.hec verba.ff.de libe. ho.exhi.ſm mentē legiſlatoris ideo non dicit ꝯtus.

multū pl⁹ debebatur quā arbitrator cōdēnauit: ſed ꝙ dubius euentus illi⁹ litis multo plus valebat ꝙ̄ arbitrator cōdēnauerit: vt dixi in.l.[a] ſi ſocietatē. §.arbitratorū.ſ.pro ſocio.

## SI pupillus.

Etiam poſt reſtitutionē poteſt fideicommiſſari⁹ fideicommiſſum dimittere propter partem heredis que incipit de nouo vacare.h.d. ℂ In tex.ibi: a toto diſcedat.dic qd̄ iſto caſu quo a toto diſcedit aut omnino ⁊c.vt ſequitur in tex.ibi: non poſſunt.dic quia non expedit ſm Jaco.de Are. ℂ In tex.ibi: ſuſcipere.dic ⁊ tūc nō ſeruabitur ſuperfluū pupillo, vt.l.qd̄ ſi minor.§.ſceuola.ſ.de mino. Ibi plus. dic ꝙ̄ debeat creditoribus facta vēditione per eos qd̄ eſt qn̄ fideicōmiſſari⁹ non vult.q̄ſi dicat in his duob⁹ hꝫ electionem ſm Ja.de are.⁊c. ℂ Op.hic dꝛ ꝙ fuit heres ⁊ poſtea abſtinet.contra.C.de re. pu.here.l.ſicut.ſol.huius timore Ro. poſuit caſum vno modo: ſed truffa eſt: 1 ſed dic qd̄ abſtinet per reſtitutionem. ℂ Opp.ꝙ fideicōmiſſari⁹ nō pōt repudiare per reſtitutionē: vt.l.poſtulāre.in pnc.j.eo. So.hic ꝓpter partē de nouo aduenientē.ſi eſt in.l.cū hereditas.de acq.her. Extra gl.op.qn̄ portio deficit per reſtitutionē nō dꝛ abſtineri a toto rōne partis: vt.l.ſi minor. 3 ſ.de acq.he. Sol.ibi in coherede qui hꝫ iure ſuo. hic in fideicōmiſſario ad b quem ptinet ex aditione filij hereditas. * ℂ Op.ſi minor fuit abſtēt⁹ vlterius aliq̄d habere nō dꝛ de illa hereditate: vt.l.j.C.ſi vt ſe ab hered.abſti. c So.intelligas hoc qd̄ ſuperfluū reſeruat pupillo per reſtitutionē de nouo impetrādā: vt.l.⁊ ſi ſine.§.reſtitutio.ſ de 1 mino. ℂ Sed oppo.quia poſtquam bona ſunt vēdita non pōt reſtitui minor: vt.l.quod ſi minor.§.ſceuola.de mino. Solu.illud verū qn̄ bona eſſent vēdita per ſubſtitutum: ſecus qn̄ per creditores: vt hic ſm Ja.de Are.⁊ ita apoſtillaui tex.q̄ opi. videtur contra quandā glo.paruā ſuꝑ ver.vendēda.q̄ dicit ſcilicet a fideicommiſſario.⁊ ideo Guil.de cu. in.d.§.ſceuola: diſtinguit qn̄ bona ſunt vendita per ſubſtitutū.aut hoc fuit ſine magna īduſtria ſui: quia quilibet cōis hō hoc feciſſet: ⁊ reſtituetur pupillus ad ſuperfluum vt hic. Aut ſubſtitutus euaſit a creditoribus cum magna induſtria: qꝛ nō ſic feciſſet q̄libet: tūc pupillus non reſtituetur: vt.§.ſceuola. ℂ Ex predictis ergo collige qn̄ pupillus ſe abſtinet ⁊ bona vadunt ad fideicommiſſariū: aut in totū agnoſcit. aut in totum repudiat: primo caſu aut nihil ſupereſt venditis bonis aut aliquid ſupereſt. ſi nihil non eſt dubium. Si aliquid tūc aut hoc proceſſit ex magna induſtria fideicōmiſſarij aut nō. Scd̄o caſu principali qn̄ repudiauit in totum: tūc eſt ſimiliter diſtinguendum: aut nihil ſupereſt: aut ſupereſt aliquid vt patet ex predictis.

## MAtrem.

Venditio facta cauſa interuertendi fideicōmiſſum imputatur heredi in eo quod ſibi defunctus debebat.h.d. ℂ Op.tali heredi rogato ꝑ hec verba licet conſumere: vt.ſ.eo.l.titius rogatus. Solu.gl.quod hic conſumpſit vltra dodrantem qd̄ non licet vt.C.eo.aut.cōtra rogatus. Hec ſolu.vera eſt ſm iura noua: ſm hec iura dic ꝙ hic mala fide cōſumpſit cauſa interuertendi fideicōmiſſum: merito compenſatur cum debito.

1 Dilecti in ſubſtitutione videntur ⁊ dilecti in fideicōmiſſo: niſi ratio ſermonis vel preſumpta voluntas aliud induceret.

2 Teſtator ſi filijs maſculis vniuerſaliter inſtitutis filiam in re certa inſtituit et ſubiecit ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis portio deueniat in ſuperuiuentibus vno filio maſculo decedente quando filia cum alijs admittatur.

3 Si iſtud participium ſuperuiuentes: reperitur abbreuiatum qualiter intelligatur.

## JUlius phebus.

b Fideicommiſſum limitatur ſm naturam precedētis ſubſtitutionis: niſi ex voluntate defuncti aliud preſumatur ex natura ſermonis vel alia coniectura[c].h.d. ℂ Nota hunc finem ad id quod ſepe occurrit quod de nomine vnius non dicitur niſi pars. ℂ Opponi. 1 quia prout dilexit eos in ſubſtitutione. ita videtur dilexiſſe in fideicommiſſo. vt.l.lucius.§.pater puerū. ſ.eodem. Item iſtud fideicommiſſum vniuerſale nō videtur conferri ad policratem de quo ſpecialiter ꝓuiderat. vt.l.coheredi.§.qui patrem.ſ.de vulga.et pup. So.fateor cōtrariū niſi ratio ſermonis vel alia d preſumpta voluntas aliud induceret[d]: vt fuit hic.nā verba pluralis numeri.ſ.ei vel eis de neceſſitate cōprehēderūt duos frēs ſuperſtites. vt dicit tex. Juxta 2 hoc quero queſtionem mihi occurrentē de facto. teſtator inſtituit filios maſculos heredes vniuerſales: filiam inſtituit in certa quantitate. demum ſubiecit qd̄ ſi quis eorū deceſſerit ſine liberis portio eius deueniret ſuperuiuentibus. queritur an vno ex filijs maſculis mortuo: filia admittatur ad fideicō. Videtur a ꝙ ſic. vt hic et.ſ.eo.l.lucius.§.meuia.et.l.lucius.§.q̄ ſitū.ſ.de leg.iij.⁊ de pactis.l.tres fratres. continetur enim appellatione filiorum niſi aliud appareat. Dixi quod in themate propoſito aliud apparet de mente teſtatoris. nam cum maſculos predilexiſſet in inſtitutione inſtituendo eos vniuerſaliter[a]. preſumendum a eſt eos predilexiſſe in fideicommiſſo: vt.l.lucius.§.pater.ſ.eodem.C.de fideicommiſſ.auten.hoc ampli⁹. et de impube.et alijs ſubſtitu.l.prima. quod eſt verum ſi ratio recti ſermonis hoc patitur: quia inſtituit tres vel quatuor filios vel ventrem ex quo poſſunt naſci plures. nam tunc vno decedente illud participium ſuperuiuentibus: poteſt verificari in maſculis vno decedēte: ſed ſi inſtituiſſet tm̄ duos maſculos: tunc qꝛ vno moriēte iſtud participiū ſuperuiuētib⁹: non verificatur in ſolo filio remanēte. tunc de neceſſitate cōprehendetur filia lꝫ ex re certa inſtituta ꝑ hanc.l.

3 ℂ Sed quero q̄d ſi reperitur ſcriptū abbreuiate vt deueniat in ſuꝑuiuentes. ita. qd̄ poteſt dicere in ſuperuiuentē ⁊ ſuperuiuētes qualiter intelligetur. Rn̄.pmo debemus aduertere an hoc poſſet ex ꝓcedentib⁹ vel ſequentib⁹ colligi: vt ſic ſit pluralis vel ſingularis numeri ſm qd̄ requirit ars grāmatica vt.l.plauti⁹.ſ.de aur.⁊ arg.le. qd̄ ſi nō apparet ꝓſumo teſtatorē ſic loquutū: vt eos quos ī inſtitutiōe ꝓdilexit ⁊ inuicē vniuit pretulerit etiā in fideicōmiſſo.ſ.de vul.⁊ pupil.l. coheredi.§.qui diſcretas.

c ℂ Alia cōiectura. Adde text.in.l.qui quartam.§.ſi. ſm intellectum Bartoli de leg.j.

d ℂ Aliud induceret. aliter ſoluit Dy.in regula generi per ſpeciem.de reg.iur.in.vj.



a ℂ Eos vniuerſaliter no. ꝙ ſicut teſtator inſtitutiōe vr̄ filios ꝓdilexiſſe: ita ⁊ ī fideic. adde no.ꝑ bar.ī.l.luci⁹. in pe.co.vꝫ.ſꝫ quero iuxta hoc de pulchra.q.⁊ ibi ꝑ imo. in pe.col.in ver.itē adde in qn̄tū tangit ⁊c.⁊ in ver.ſequen.de vul.⁊ pup.⁊ bar.in cōſi.incip.ang.⁊ vide ꝙ dixi poſt imo.in.l.coheredi.§.q̄ diſcretis.ſ de vul.⁊ pup. adde ī terminis per. d anch. cōſi.lxvj.ſubtiliter. et pau.de ca. cōſi.ccclviij. viſo teſtamento.

b ℂ Si pure.⁊ no. ex hac.l.ꝙ legatū habitatiōis nō vēdicat ſibi locū niſi adita hereditate.⁊ vide bald.§. libertatibus.in.l.j. C.de ca.to. vbi no.loq̄tur. Andr. barb.

~ And. Po.

c ℂ Ultima gl.ſꝫ i cōtu ſi ē cōditionalis obligatio tranſit retro. nō aūt i legatis. vide gl.ſi.ſꝫ bal dū in.d.§. cū igitur.

d ℂ Sꝫ ſi in habitatione vide apoſtil.j.i.l. cū ſine ꝓſinitione.

## HEredis aditio.

Hereditatis aditio nō differt diei ceſſionē ſed petitionē qualitercūqꝫ differt.h.d. ℂ Opp. de.l.in conditionibus.ſ.de cōdi.⁊ demon. Solu.non impedit tranſmiſſionem niſi teſtator aliud velit. ℂ Scd̄o oppo.ꝙ cum illa conditio inſit de neceſſitate teſtator nō poteſt eam remittere: vt.l.nemo poteſt.ſ.de leg.j. So. aditio hereditatis ineſt de neceſſitate qꝛ niſi hereditas adeatur ex teſtamē- to nil debetur quantūcunqꝫ teſtator b hoc vellet: ſꝫ diei ceſſio nō ineſt de neceſſitate: ideo pōt teſtator facere qn̄ cedat vel non.

## SI habitatio.

Ibi ſꝫ aū adi tam ſed ſi poſtea dic vt.l.ſi.C. de vſufruct.

## NEc ſemel.

Ver.ſed ſi quotānis. Iſte eſt bonus caſus ⁊ not. Itē no. idē eſſe dicere quotannis: qd̄ ſingulis annis.

## Sed ſi ī habitatiōe.[a]

Relictū annuū reſpectu certe neceſſitatis debetur tpe neceſſitatis.h.d. Dixi in.l.qui hoc anno.j.de ver.ob.vide gl. c q̄ incipit: qꝛ tūc egere.⁊ iſtā gl.examinaui in.l.vlti.ſ.de lib.agno.

## Nouiſſime.

Nota nō eſſe differentiam inter iſtas exceptiones verboꝝ lꝫ quidā cōtra.C.e.l.j.

## HUiuſmodi.

Cōditio dīno extitura ſi dubitatur an viuo vel mortuo legatario extiſtat: impedit diem legati cedere.h.d. d ℂ Op.de.l.iul.ſ.de condi.indebiti. So.vt in gl.tu dic ꝙ ibi in cōtractib⁹: hic in vltimis volūtatibus: q̄cq̄d ibi ⁊ hic no. ratio eſt: qꝛ ſi certū eſſet in vltimis volūtatibus conditionē extiturā: ſed incertū an in vita vel non īpediret diē legati cedere: vt.l.ſi cū heres.ſ.e. in cōtractib⁹ vero ſpes cōditionalis obligationis trāſit ad heredē: vt inſti.de ver.ob.§.ex conditionali.⁊ ita an in viſta vel poſt mortē extiſtat non curatur: qꝛ non impedit diē ſtipulationis cedere. ℂ Op.de peri.⁊ commo. rei vendi.l. qd̄ ſi pendente.§.ſi ita. Rn̄.eodē mo.

## MOrtuo patre.

Vide ꝑ teipſum.

## SI pure ſit.

b Legatū ſeruitutis ꝑſonalis cedit ab adita hereditate.h.dicit. Hic loquitur in tribus ſeruitutibus ⁊c. ℂ Quero quid in alijs ſeruitutibus? Gloſ.dicit idem. ſed in.§.in nouiſſimo. C.de cadu.tollen. expreſſius dicit idē in alijs ſeruitutibus etiā realibus: ⁊ ſi ſic intelligeres nō eſſet verū: quia in realibus ceſſat ratio que hic ponitur. debet ergo intelligi idem in alijs ſcilicet perſonalibus. et hoc dicit Cyn.in.d.§.in nouiſſimo. Alij volunt ſuſtinere gloſſ. dicentes quod ſeruitutes reales non tranſeunt ad heredes: ſed ſequuntur fundum: ⁊ ſic habet locum ratio hic poſita; ſed certe illa perſona tunc nullo modo videtur inſpicienda. ſufficit enim quod res ſit tempore mortis: quia relinquitur ſecundum rationem predictam: ſed verius eſt perſonam inſpici: vt.l.⁊ ſi maxime.de ſerui.lega.⁊ tranſit ad heredes ſicut et res cui accedit: ideo puto quod cedat tēc pore mortis. Ultimo gloſſ.[c] hic dicit poſt multa verba quod dies legatorum dicitur cedere quo ad trāſmiſſionem de quo dicam.j.eodem.l.iiij. ſecundo quo ad obligationem. tertio quo ad petitionem. quarto quo ad dominij tranſlationem. de quolibet iſtorum eſſet videndum. dic vt.C.de cadu.tol.§.cum igitur. per Cynum.

## QUod pure.

Conditio tacita ex teſtamēto procedens impedit diē legatorum cedere. ſecus ſi extrinſecus veniat.h.d.

do ibi in contractibus hic in vltimis
voluntatibus. ¶ Opp. de. l. ſi pupill⁹
§. qui ſub cõditione. ſ. de noua. Eodez
mõ rñdet ibi in ꝯctib⁹, hic in vltimis
voluntatib⁹. An aũt ſtatim debeatur.
dic vt ibi. Jo. tñ circa hoc dedit \ nam
ſol, cuius materiã examinaui in. l. iul.
ſ. de condi. inde. ¶ Extra gl. opp. ⁊ vr
qð tale legatũ trãſeat ad heredẽ ſi de
ficit: ſʒ hoc poſt mortem appareat: nã
in vita verum fuit illud nõ debere fie
ri: vt. ſ. de ma. teſta. l. nerati⁹. Solu. vt
dicã. ſ. eodem. l. cum ſine p̄efinitione.
in princip.

SI vſuſfructus
aut. x. Si legatum cui⁹ dies
ceſſit ab adita hereditate et
aliud legatũ cui⁹ dies cedit a tp̄e mor
tis alternatiue relinquit̃ q̄tũ ad ele- 1
ctionẽ vtrũq; tp̄s inſpicit̃ q̄tũ ad trãſ
miſſionẽ quodliber ꝑ ſe naturã ſuã re
tinet. h. d. Ibi ſpectanda, quo ad ele-
ctionẽ legatario cõcedẽdã. ¶ Not. ex
ſi. ꝙ qñ relinquit̃ alternatiue legatuʒ
pure ⁊ legatũ ꝯditionale nõ impedit̃ 1
ꝓpter vnũ quin cedat dies alterius.
¶ Op. ſ. e. l. cũ illud. in p̄n. ſo. vt ibi di
cã in. l. cũ illð. q: ẽ difficile ꝯtiũ. ¶ Op
l. cũ ſine p̄finitiõe. ij. in ſi. ſ. e. ſol. hic ſunt
duo legata: vnũ pure ⁊ aliud ꝯditio-
nale. ſʒ in. l. cõtraria eſt tantũ vnũ lega
tũ conditionale.

1 ☞ Tantum eſt dicere vt filio ſolua-
tur quantum qð patri non queratur
vſuſfructus.

Si ita quis. Quero iſto ca-
ſu q̄s petat. Et
dicit gl. ꝙ filius: ſed dicit Dyn. ꝙ hoc
ꝓcedit ſ̄m iura hodierna ſ̄m que põt
habere ꝓp̄ia excepto caſtrẽſi vel qua
ſi. ſʒ iura iſta nõ repit̃ qð poſſit h̃re ꝓ
p̄iũ extra caſtrẽſia niſi in caſu. l. cogi.
§. ſi pater. ⁊. l. imp̄ator. ſ. ti. ſ. ⁊ in doté.
vnde opʒ dicere ꝙ teſtator dicẽdo iſta
ṽba vt ipſi filio ſoluat, videt̃ teſtator
velle in tp̄s exiſtentie ſui iuris differ-
re. arg. l. vbi pure. ſ. ti. ſ. arg. l. fideicõ-
miſſa. §. ſi filio. ſ. de leg. iij. ¶ Itẽ not.
1 hic ꝙ ſi teſtator vl̃ aliquis relinquit
vel donat filio vt ipſi filio ſoluat̃: tan-
tum importat quantum dicere ne ad
patrem perueniat vſuſfructus ſecun-
dum autentic. excipitur. C. de bonis
que libe. et in autent. vt liceat mat. et
auie. in principio. ⁊ hoc vide in iſto. §.
cum gloſſ.

SI ita. Nõ refert q̄d
ex equipollẽ-
tibus fiat. h. d. ¶ Opp.
de. l. ſi. C. ð his q̄ ve. eta.
impe. So. vt plene dixi a

a ¶ Cũ ſine
p̄finitione.
mulier eſt.
ſino. vr di-
cere ꝯtiũ
in. l. ſi fili⁹
heres. de
lib. ⁊ poſt-
humis.

in lege gallus. §. et quid ſi tantum. ſupra de liberis ⁊
poſthumis.

CVm ita. Oppo. de. l. illud. ſ. de
opt. lega. Rñde ibi in
vtraq; parte alternatiue erat legatum
pure: hic ſecus. ¶ Op. vlterius. ſ. eo. l.
ſi vſuſfructus. §. argumentum. Rñ. ibi
erat talis cõditio que moriẽte legatario implebatur
vel deficiebat: ⁊ ideo concordat cũ iſta. Sed contra
hoc facit. in vtraq; parte alternatiue hoc eſt legatum
cuius dies cedit a tẽpore mortis. ⁊ iſtud qð dicit qð
ex pamphila natum erit. tacite ineſt que cõditio non
impedit tranſmiſſionẽ legati: vt. l. ſ. in ſi. ſ. de cõdi. et
demõ. ⁊. ſ. eo. l. cum illud. §. ſi. q̄d velit dicere iſte tex.
dicam in. l. cum illud. ſ. eo.

Cum ſeruo legato. Dies vſuſfructus
legati ſeruo here-
ditario demũ poſt aditã vtriuſq; hereditatem cedit.
hoc dicit.

☞ Regula catoniana eſt regula iuris.

CVm legato. Dies legati reli-
cti ſeruo legato
cedit ab adita hereditate. Item ad le-
gata que cedunt ab adita hereditate
regula catõiana nõ pertinet. hoc dicit.
¶ No. ꝙ regula catoniana eſt regula iuris. lʒ Joã.
an. ꝯtra de reg. iur. ſuper rub. lib. vj. dixi de reg. iu l. ſ.
¶ Opp. inſti. de leg. §. an ſeruo. Rñ. ibi loquit̃ econ-
uerſo qñ pater eſt inſtitut⁹ ⁊ filio relinquit̃. hic. quan
do inſtitutus eſt filius: et patri relinquit̃: ratione di-
uerſitatis. dixi in. l. a filio. ⁊. l. q̄ſitũ. ſ. de le. ſ. ¶ Que
ro q̄ñ potuit manumitti. ⁊ dic vt in gl. ⁊ not. ꝙ ficte
dñs manumittit. qð intellige ſi poſtea ſequit̃ aditio:
al's ſecus. ar. ſ. de caſtrẽ. pec. l. hereditatẽ. §. fili⁹. vel vt
ceſſet oĩs dubitatio dic ſeruum pro pretio accepiſſe
libertatem: vt ſupra ad ſil. l. ſi quis in graui. §. vtrũ.

CVm ſine p̄efinitiõe.
Cũ legatũ incipit a p̄cedẽti diſpõne: ſe-
quẽs i qð trãſfũdit̃ ſtatim mora cõmiſ
ſa peret. ſi icipit a p̄cedẽti ꝯditiõe lega
tario interim moriẽte nil ad heredem trãſmittit̃. h. d.
¶ Op. ſ. e. l. ſi penũ. Sol. ꝙ hic dicit ſtatiʒ: intelligas
mora cõmiſſa. ¶ Op. hic vr̃ dici ꝙ penus eſt in obli-
gatiõe. ꝯ. ſ. de act. ⁊ obli. l. obligationũ fere. §. ſi. Sol.
dic vt dixi in. l. ſ. §. itẽ ſi ita. ſ. ad. l. falc. ¶ Opp. de. l. ſi
vſuſfr. in p̄n. ſ. e. Sol. dic vt ibi dixi. ¶ Op. ⁊ vr̃ qð
ad heredem tranſmittit: quia hic eſt relictum ſub cõ-
ditione quadam negatiua: ſed moriente legatario
tunc eſt certum quod retro ipſe non dedit: vt lege ne
ratius: infra de manu. teſta: ergo videtur quod ad le
gatarium tranſmittat. Reſpondeo. conditio negati-
ua ſi non dederis ſi poteſtatiua eſt reſoluitur: id eſt
cum conſtabit te dare non poſſe de iure vel de facto
vt. l. ita ſtipulatus. infra de verborum obligatio. ſed
hic non eſt certum niſi poſt mortem legatarij nõ an-
te: ideo ad heredem non tranſmittitur. lex vero con-
traria loquitur in conditionibus caſualibus. vel dic
etiam in caſuali procedere propter generalitatem. l.
huiuſmodi. ſupra eodem. Ad contrarium reſpondeo
quandoq; cõditionem caſualem nõ poſſe exiſtere eſt
certum in rerum natura: puta ſi mulier eſt vacua vẽ



tre certum eſt in rerum natura nõ poſſe naſci poſthu
mum: et tunc procedit. l. neratius. quandoq; in rerũ
natura non eſt certũ: quia mulier eſt p̄egnans vnde
poteſt partus naſci: ſolus deus ſcit. ⁊ tũc ſi nõ naſcit̃
nõ dicitur ꝙ retro fuit impleta cõditio. vt probat̃. ſ.
de acqui. here. l. cum quidam. §. qð dicitur. ver. quid
ſi vnum. ſed in hac. l. cum ſine. ⁊ in. l. huiuſmodi. ſ. e.
non fuit certum in rerũ natura cõditionẽ impleri nõ
poſſe viuo legatario. ideo decedens non tranſmittit
ſecus ſi poneremus fuiſſe certum.

Cum ab eo mihi. Oppo. de. l. ſi penũ. ſ.
eod. dic vt ibi dicam.

1 ☞ Legatum annuum an dicatur vnum vel plura.
2 Teſtator ſi legat corbẽ frumẽti annuatim vſq; ad. x.
annos. quod heres poteſt pro tẽpore ſoluere.

a SI cum p̄efinitione. a
Iſta ẽ notabilis. l. ⁊ ſingularis ⁊ deter-
minatio quaſi oĩʒ legũ de hac materia
loquẽtiũ. ⁊ ideo eſt tenẽda mẽti. ⁊. h. d.
Legatũ annuũ cũ p̄finitiõe tẽporis relictũ in dubio
ſi ſit cã alimẽtorũ dr̃ plura legata vel vnũ cui⁹ dies
cedit a tẽpore mortis. h. d. ¶ In tex. ibi heredũ gr̃a.
qð feciſſe videt̃ in dubio cũ certi tẽporis p̄finitione
extra cauſam alimentoꝝ Dy. ¶ Op. de. l. i ſingulos
annos. ſ. de an. legat. ⁊. l. cum in annos. ſ. eodẽ Sol.
1 Dy. ⁊ tene menti. ꝯ aut certum eſt illud quod teſta-
tor voluit vel facere plura legata vel vnum. et tunc
ſtamus certo. vt. l. nec ſemel. ver. ſʒ ⁊ ſi quotannis. ſ.
eo. Aut eſt dubium ⁊ tũc aut teſtator relinquit lega
tum annuũ ſine p̄efinitione tp̄is. ⁊ ſunt plura lega-
ta: pro primo anno purũ. ꝓ ſequẽtib⁹ cõditionale. vt
l. cum in annos. ſ. eodem. Aut cũ p̄efinitione tp̄is ⁊
tunc aut in alimentis. ⁊ ſunt plura legata vt hic: aut
pro alio et eſt vnum vt hic. et. l. filium. in ſi. ſ. eo. facit
2 ꝯ ſi teſtator vnã corbẽ grani reliquit annuatim vſq;
ad. x. annos. an heres poteſt pro toto tempore ſolue-
b re. videtur ꝙ ſic^b quia iſta dilatio eſt heredis vt hic.
et ideo poteſt ſoluere quando vult totum. vt. l. cum
in tẽpus. de reg. iur. ⁊. l. ſtipulatio iſta. §. inter certã. ſ.
de ver. obli. ⁊. l. ſtatuliberi. §. ſtatuliber. ſ. de ſtat. libe.
c SI titio cum. ^c Dictio ſi: facit
principaliter cõ-
ditionem ſecũdario tempus. dictio cũ:
facit principaliter tempus. ſecundario
conditionem. h. d. et vide glo. que inci-
pit cum dixit cum annorum. xiiij. erit. de qua ſcriptu-
ra facit mentionem. ſ. incidenter.

SI penum heres. Legatũ p̄i-
mum purum
in ſequens legatum tranſfunditur, demũ
poſt moram heredis ad heredeʒ legatarij
tranſmittitur tranſfuſione non facta. h. d. ¶ Oppo.
valde ſubtiliter ⁊ difficulter de. l. cum ſine. ij. in ſi. ſ. e.
vbi dr̃ ꝙ legatũ nõ trãſmittit̃. So. ibi incepit a prece
dẽti cõditione ⁊ pen⁹ nõ fuit in legato. iõ nõ trãſmit-
titur. ¶ Op. de. l. qð pure. ſ. e. ⁊. l. aliq̄ñ. ſ. de cõdi. et
demon. ⁊. l. ſi legatũ pure. ſ. de adim. le. vbi dicit̃ qð
legatũ purũ adẽptũ ſub conditione vr̃ ſub ꝯtia con-
ditione datũ ⁊ decedẽs legatarius nõ trãſmittit. cũ
ergo fuerit purũ ⁊ ſub cõditione ademptũ ergo vi-
detur ſub cõtraria conditione datũ.
a ergo non debet trãſmittere. Dicit Dy.
contraria loquuntur qñ eſt adẽptum
ſub quadã cõditione caſuali que nõ
impletur moriente legatario. iſta aũt
de qua loquitur hic impletur morien
te legatario: deſinit enim moriente le
gatario poſſe interpellare: ideo cedit
dies et tranſmittit̃ ad heredẽ. Videa
mus ergo an iſtud ſit aliquid dicere.
Et iſtud videtur primo cõtra. l. ſi cum
p̄efinitione. ſ. e. vbi complet̃ cõditio
moriẽte legatario ⁊ tamen nõ trãſmit
tit̃: qð deberet ſicuti hic. Volũt doct.
dicere ibi eſt cõditio dãdi que poteſt
impleri vltimo vite ſpiritu. vnde cum
illa cõditio tantũ poſt mortẽ cõſtite-
rit. merito ad heredẽ nõ trãſmittit: ſʒ
in. l. iſta nõ eſt cõditio iſta in dãdo ſed
magis que reſpicit factũ legatarij: ſcʒ
ſi interpellauerit. vñ añ vltimum vite
ſpiritũ deſinit poſſe interpellari: ergo
tranſmittit: ſʒ iſtud nõ videt̃ bñ dictũ
q: act⁹ interpellatiõis põt fieri ꝑ aliũ b
vt. l. ſi q̄s ſolutiõi. in fin. ſ. de vſu. ergo
vltimo vite ſpũ põt explicari vt. l. vlti
ma. ſ. de cõd. iſti. ⁊. l. arctuſa. ſ. de ſta.
ho. ergo videtur ꝙ hic tantum poſt
mortem extiterit conditio. ſo. licet ex-
traneus poſſit interpellare vt ibi: non
tñ vt extraneo ſed vt ipſi legatario
ſoluatur: ſed ipſi in puncto mortis exi
ſtenti non poteſt ſolui: ⁊ ſic heres non
poteſt eſſe in mora. ⁊ ſic in vita legata
rij conſtat quod centum deberi non
poſſunt. Preterea poſito ꝙ in pũcto
mortis heres interpellet̃ adhuc poſt c
interpellationem heres habet illud
modicũ tempus de quo dicit̃ in. l. qð
dicimus. ſ. de ſo. ⁊ ſic cõſtat ꝙ in vita
legatarij centũ deberi nõ poſſunt: ſed
legatũ fundi purũ fuit ademptũ ſub
cõditione ſi centũ deberi ceperint vt
dicit tex. ergo ſub cõtraria cõditione
fuit datũ ſi centũ deberi nõ ceperint:
ſed in vita legatarij cõſtat ꝙ nõ p̄nt
incipere deberi ergo ⁊c. ſʒ qñ incepe-
runt a precedẽti cõditione ſcʒ ſi penũ
nõ dederis centũ dato: intelligit̃. ſcʒ ſi
dare poſſe deſieris: ſed in vita legata
rij heres nõ deſinit poſſe dare: iõ nõ
tranſmittit legatarius decedens.
¶ Opp. qñ diſpoſitionẽ precedentẽ
habet cõditio ius implẽdi cõditionẽ
tranſit ad heredem vt. l. diem. §. ſ. ſ.
de arbi. Tenẽt doc. in. l. pe. C. de cond.
inſer. ſed hic habet precedentem diſ-
poſitionem, ergo videtur ꝙ tranſeat
ad heredem: ⁊ ſic heres legatarij po-
teſt interpellare. Solut. dic ꝙ tranſit
ad heredem eius qui debet implere
conditionem non ad heredẽ eius in

a ¶ Si cum
p̄finitiõe. ⁊
iſtud, facit
an relictuʒ
alimẽtoꝝ i
cãm paup-
tatis d̄bea
tur ſolũ in-
ſtãte neceſ-
ſitate an ve
ro ſemp. de
quo ꝑ bal.
i aut igreſ-
ſi. i pe. co. ð
ſa. ſan. ecc.
facit qð h̃r
in. l. pe. §. ſ.
de an. le. et
vide imol. ĩ
q̄ hoc ãno.
in vl. col. de
ver. oblig.
b ¶ Vr̃ qð
ſic. an in le-
gato ãnuo
poſſit fieri
ſolutio pro
pluríb⁹ an
nis Bal. ꝯ
in. l. i anna-
lib⁹. C. de
leg. facit ꝙ
no. Bar. in
l. cum qui.
de an. leg.
c ¶ Si titio
cũ. ⁊ vide. l.
ſi. x. ff. de ꝟ.
obl. ſeruus
ſaturnin⁹.
ad trebel.
Andr. bar.
¶ Si titio
cũ. h̃r in. l.
cẽteſimis.
§. ſi. de ver.
obl. ⁊ facit
ꝙ not. bal.
in. l. qui ꝓ-
miſit. de cõ
di. indebi.

cuius perſona debet impleri.ar.l.cuȝ ita.et quod ibi dixi.ſ.de condi.⁊ demon.vel aliter ſuis implēdi conditionem tranſit ad heredem. dic illud in contractibus.hoc in vltimis volūtatibus.ſemper tamē dubitaui de illis: facit qd̄ dixi in.l.cui fundus.⁊.l.a teſtatore.ſ.de cōdi.⁊ demon.⁊ in.l.ſub diuerſis.§.ſ.eo.titu.

## Dum illud aut.

In legatis alternatiuis vnum eſt legatum.et ſi vna eſt pars cōditionalis legatario interim decedente nihil ad heredem tranſmittit.h.d.Ibi non facit:⁊ ſic ſemel cedit dies ⁊ non pluries.vt.ſ.eo.l.ſi vſuſfru.in prin.⁊.l.cū in annos.⁊.l.ſe.Ja.de Are.¶Op.ſ.de.l.proxi.⁊.ea.l.ſi vſuſfru.ij.r.iii.So. quidā quod ad heredem nō videtur transferri ſcilicet illud qd̄ eſt relictum ſub conditione.aliud ſic.Glo.nō ſtat in hoc per.l.cum ita.ſ.eod.Qualiter reſpondemus?Dic quod ibi deficit cōditio vnius legati legatario moriēte.
1 Non ob.ſ.l.proxi.quia ibi nō fuit legatum alternatiue.Preterea ibi conditio primi legati viuēte legatario extitit:⁊ de iſtis clarus ſum:ſed dubiū facit.d.l.cum ita.nam vbi in vtraq̄ par 1
te alternatiue eſt tale legatum cuius dies cedit a tēpore mortis. nam hoc legatum quoad pamphila nata erit cedit a tempore mortis.vt.ſ.§.proxi. quare ergo ſi alternatiue ponatur nō cedit dies a tempore mortis.ſol.dicamus ꝙ non cedit ibi dies quo ad petitionem.vel aliter vt ſentit glo.ꝙ ibi in qualibet parte alternatiue eſt trāſmiſſibile per ſe ſi ſeparatim ponit̄:ſed ſi iungitur per iſtam alternationē ſeu ꝑ iſta verba alternatiua:tūc quia eſt dubiū duplex ſcȝ quid naſcat̄ ⁊ quid eligat.ideo nullū ad heredē trāſmittit anteq̄ ſit electiōi locus.Vel aliter poſſum⁹ dicere ꝙ legatū alternatiuū habet in ſe tacitā cōditionē ſi potuerit electio celebrari:vt probat̄ hac.l. in prin.⁊.d.l.cum ita.Iſta autē conditio ſi potuerit electio celebrari venit ex teſtamento nō extrinſecus.merito impedit vt.l.quod pure.ſ.eod.Circa iſtud legatū alternatiue relictū.videlicet vnū purū aliud ſub cōditione diſtingue.aut conditio extitit viuo legatario ⁊ nō eſt dubiū quod trāſmittit:vt.ſ.e.l.cū ita.in prin.a ꝯtrario ſenſu.aut nō extitit ſed deficit.⁊ idē vt.d.l.cum ita.aut non deficit neq̄ extitit in vita a
ſed in puncto mortis.⁊ idē vt.l.ſi vſuſ b.
fru.ſ.e.aut etiā poſt mortē pendet.et

decedens nō tranſmittit vt hic.¶Oppo.de.l.ſi q̄s ſeruum.§.primo.ſ.de lega.ij.ſolu.plura ſunt legata quo ad plurium rerum nominationem. vnum quo ad ſolutionem.⁊ ideo vnam ceſſionez diei debemus inſpicere.

## Heres meus.

Conditio tacita que ineſt ex natura rei legate trāſmiſſionem non impedit.h.d.¶Op.ſ.de act.⁊ ob.l.pupillus.ſo.vt plene ſolet dici in.l.pupillū.ſ.de reg.iu.l.ſ.ſ.de noua.Opp.de.l.qd̄ pure.ſ.e.⁊.l.aliq̄n.ſ.de cōdi.et de.ſo.hoc venit ex natura rei legate nō ex ipſo teſtamento dixi in.l.conditiones que extrinſecus.ſ.de condi.⁊ demon.

## Firmio eliodoro.

Opp.ſ.de vi.tri.et oleo leg.l.cum certus.ſo.dicit gl.ibi apparet aliud ex mēte teſtatoris:q: ibi reliquit fructus qui naſcentur:hic pecuniam redigēdam ex fructibus. Preterea ibi dixit ex fructibus qui naſcentur.ideo ibi fuit per modum cuiuſdam cōditionis.hic vero ſimpliciter quinquaginta reliquit ex redditu.¶Opp.de.l.ſi debitor.in prin.ſ.de cōtrahen.emp.De hoc plene per doc.in.l.ſi quis argentum.C.de dona.tetigi in.l.quidā teſtō.ſ.de leg.ſ.⁊.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ſ.de verb.obligationi.

1 Tempus certe etatis adiectum cauſa legatarij diem non conditionem inducit.

2 Actio non datur legatarijs contra merum executorē et quando detur.

## Cum ab heredibus.

Tempus† certe etatis adiectum cauſa legatarij diem non conditionem inducit. hoc primo.Itē contra merū executorē legatarijs nō dat̄ actio.h.d.§.iſte.In tex.ibi:ſortē.⁊ interim apud quēdam tertiū a teſtatore electū in depoſitū retineri voluit vt patet ex inferioribus.Ibi intra incipit reſpondere.¶Oppo.ad primum dictū videtur ꝙ faciant conditionem iſta verba:vt.l.ſi titio.in prin.ſ.eo.Dic vt dixi in.l.ſi cui.ſ.de le.ſ.¶Oppo.de.l.ſi res.C.ad exhi.vbi videtur quod depoſitarius poſſet conueniri.Dicit gloſ.fateor quod merus executor actione ex teſtamento conueniri non poteſt ſed cōueniri poteſt actione depoſiti ſi fuit depoſitum vt reddat alūno.Iſte paſſus eſt pulcherrimus.⁊.ſ.ſtatim reuocabo in dubiū.¶Op.⁊ videtur ꝙ intra diem poſſet repeti:vt.l.ſ.§.pe.ſ.depo.Gloſ.que eſt hic reſpondet ꝙ hic non erat ſimplex depoſitarius:ſed debet habere cōmodum medij temporis.¶Opp.ad iſtum.§.de.l.a filia.§.fi.ſ.ti.ſ.⁊.l.codicillis.§.ſticho.de an.leg.ſolu.ibi erat merus executor.Debebat enim dare certas vſuras quas percipiebat:et ſi maiores percepiſſet maiores teneretur reddere.ſicut dicimus in.l.luci⁹.§.heredūȝ.ſ.titu.ſ.Dic vero iſte depoſitarius debet habere aliquod commodum et illud quod lucraretur vltra vſuras trientes.¶Opponit̄.quia ſi iſtud eſt verum quod debet habere aliquod commodum non eſt nudus miniſter.argu.l.ſi quis titio.ſ.de lega.ij.ſi non erat nudus miniſter tenebatur actione ex teſtamento[a]:vt.l.ſi a plurib⁹.ſ.de le.ſ.Dico ꝙ iſte depoſitarius ſentiebat commodum[b] ex cōtractu depoſiti cū herede celebrato nō qd̄ agnouerit iudiciū

a ¶Actione ex teſtō.vide in.d.l.ſi quis titio.et Bart.in.l.ſ.e.ti.⁊ qd̄.ibi dixi.

b ¶Sentiebat cōmodū.adde ad hoc tex.i.l.cuȝ filio in fin.ſm lec.Barto.ibi poſt mediū.de leg.ſ.



defuncti nec qd̄ petierit:ſed heres fuit ad depoſita- a
riū et ſic pacti fuerūt:al's nō video qualiter tenetur actione ex teſtamento.vel dic quod teſtator hic voluit pecuniam per heredem deponi cuidam ſub illo
pacto quod poſt certam etatez reſtitueret ⁊ interim b
ſolueret vſuras:⁊ ſic voluit contractum depoſiti celebrari certa forma:vt hic innuit glo.paruula.ibi vero ſcilicet in.l.a filia.§.fin.fuit merus executor.iuſſit
em̄ ſimpliciter accipere pecuniam ⁊ vſuras preſtari. b
non dixit per eum qui accipiebat vel per alium eius cura et diligentia:et ideo ibi fuit executor hic depo-
ſitarius certo pacto:⁊ ideo celebrato cōtractu depo c
ſiti nō poteſt cōueniri actione ex teſtamēto ſed actione depoſiti:vt dixi in ſimili.ſ.de lega.ſ.l.ſi fideiuſſor.§.ſi.¶Opp.dicitur hic ꝙ talis depoſitarius cauet.contra.ſ.ſi cui plus quā per.l.fal.l.diuus.So.hic ſentiebat commoduȝ a defuncto vt ibi dicā.¶Quero
2 vtrum†executor cōueniri poſſit a legatarijs.Et glo.videtur dicere ꝙ non.Tu breuiter dic:aut eſt executor non merus ſed qui ſentit aliquod cōmodū ex teſtamēto:⁊ tunc iſte tenetur ſi cōmodū agnouit:vt.l.ſi a pluribus.in prin.ſ.de leg.ſ.⁊.l.imperator.in prīc.et.§.ſ.ſ.de leg.ij.Non ob.iſte.§.q: dic vt ibi dixi.Aut eſt merus executor.et dicit Dy.aut eſt ad pias cās.⁊ poteſt cōueniri vt exequatur ſicut poteſt agere:vt.l.nulli.⁊ ibi gl.C.de epi.⁊ cleri.aut non eſt ad pias cauſas.et tunc aut queris an poſſit conueniri actione ex teſtamēto:⁊ nō poteſt vt hic.aut alia actione:⁊ tunc poteſt vt actione ex depoſito vel rei vēdi.vel ex ſtipulatiōe ſi intercеſſerit vt hic in gl.vel ac.neg.ge.vt no.doc.in.l.id qd̄ pauperib⁹.C.de epi.⁊ cle.Si vero inceperit agnoſcere tūc officio iudicis pōt cōueniri vt exequatur:vt.l.iij.§.ſ.ſ.de arbi.⁊.l.quintus.ſ.de an.
le.an autem poſſit agi ad acceptādū.Gl.⁊ Dy.no.ſ. d
de leg.ij.l.ſ.⁊ ibi dixi.Doct.dicūt in.l.id qd̄ pauperibus.C.de epiſ.⁊ cleri.

## Pater.

a Tene menti iſtum.§.de quo dixi in.l.qui in hoc anno.ſ.de verb.obli.¶Ulterius no.iſtud qd̄ dicit glo.q̄n relinquitur vict⁹ vel veſtitus debet intelligi eo tēpore quo incipit egere.tu dic aliter vt dixi.ſ.de libe.agno.l.ſi.

## Filium ka.ex parte.

Conditio adiecta inſtitutioni non videtur legato precedēti adiecta.h.d.¶Op.cōditio adiecta inſtitutioni videtur repetita in legato:vt.l.diuos.ſ.de cōd.⁊ demon.l.ſi ſeruus.ſ.de cōdi.inſti.So.⁊ iſta eſt vera.hic primo legauit ⁊ poſt e
ea adiecit conditionē.⁊ vide gl.q̄ incipit a patre ⁊c.ſigna glo.dixi plene in.l.auia.ſ.de cōdi.⁊ demonſtr.¶Quero an inſtitutus pro parte debet interim habere totum vel partem.Et dic plene vt dixi in.l.plane.§.ſi coniuncti.ſ.de legat.ſ.

## Menſtruos

Legatum mēſtruum relictū ſeruis debetur a tempore cōpetentis libertatis.h.d.iſte.§.

## Si fundus inſtructus.

Si fundus inſtructus relinquit̄:dies legati cedentis inſpicitur.h.d.Ibi deberi.hec declara per ea q̄ no.in.l.pe.ſ.de fun.inſtru.

¶Pater.per Bar.in.l.ſi cui.in prin.de lega.ſ.Adde text.clariorem in.l.ſi cum prefinitio.et ibi Bartol.ſ.eo.et hic adde no.per Bart.in.l.ſi legatarius.§.fin.de leg.iij.

¶Rogo quādoq̄.fin.iſte tex.eſt.promitto quādoq̄ dare intelligitur quaȝ primū potero et ita ipſum nor.alleg.⁊ intelligit Imol.in.l.cū pater.§.rogo de leg.ij.vbi videtur tex.cōtra iſtum.iūcta.l.ſeruos.ſ.de ma.teſt.

## Rogo quādoq̄ȝ.

b Nota iſtum caſum ſingu.quādoq̄ dabo tibi.intelligitur cum primum cōmode potero.

## Quod pupille.

c Conditio nuptiarū non impletur ex nuptijs inualidis.hoc dicit.

## Uxori ex parte.

Iſtam habeo pro notabili lege.h.d.ſm glo.Cōditio ſi heres nō erit moriēte inſtituto purificat̄.h.d.¶Op.primo ⁊ vt̄q̄ iſta inue c
ſtigatio an cōditio videat̄ extitiſſe vel nō:ſit ſuꝑflua cū iſta ꝯditio ſi hr̄s nō erit nō ſuſpēdat:q: ineſt tacite vt.l.q̄ filiab⁹.§.ſi.⁊.l.ſeq.ſ.de leg.ſ.⁊ ſi legatū ponis relictū a ſubſtituto vt hec litera innuit nō īpedit diē legati cedere vt.ſ.e.l.ſ.⁊.l.heredis.§.pe.Rn̄.ꝙ ꝯditio q̄ tacite ineſt nō impedit trāſmiſſionē niſi ex poteſtate legatarij pēdeat.vt.l.filio.ſ.de le.ſ.⁊.l.miles.§.ſ.ſ.de lega.ij.dixi ī.l.cōdi.q̄ extrinſec⁹.¶Oppo.[d] qd̄ poſt mortē ſit impleta.vt.l.fin.ſ.de ꝯdi.inſti.cū pōt vltimo vite ſpiritu eſſe heres.gl.dicit.hoc nō fateor.cū d
nō habeat velle nec nolle vltimo vite ſpiritu.ſȝ nōne iſtud vr̄ cōtra gl.l.filio.ſ.de legat̄.ſ.⁊.l.miles.§.pro parte.ſ.de lega.ij.ſed ibi dicam in.l.miles.§.pro parte.

¶Ut legatoꝝ ſeu fideicōmiſſoꝝ noīe caueatur. Rubrica.

## Legatorum.

Sicut. e Legatū repetitū bis tm̄ debet̄ ⁊ ꝑ ipſo legatario ab herede vel hr̄di a legatarijs nō cauet̄.h.d.Iſtuȝ §.habes in.l.fideicō.§.ſi decē.ſ.de le.iij.¶Opp.de.l.cū.in prin.ſ.de ſer.verba.ꝑdio.⁊.l.ſi ita ſtipulat⁹ a ſeio.ſ.de fideiuſſorib⁹.Plene de iſto brocardo dic vt in.l.ſi finita.in pn̄.de dā.infec.ꝑ Dy.⁊ ibi dixi.⁊ ꝑ cy.in.l.ſ.in prima oppoſitio.C.de ſenten.que pro eo quod intereſt.¶Opponitur de lege veluti.ſupra de edendo.Solu.ibi hoc ideo quia ex tali repetitiōe non grauatur.hic grauaret̄;⁊ iō iterū ſemel tm̄ hoc

c ¶Qd̄ pupille.⁊ iſtā.l.cū gl.allego tibi pro ſin.i.l.ꝯditiōes q̄ extrinſec⁹ de ꝯd.⁊ dem̄.adde no.ꝑ imo.i.l.ab oib⁹.§.cuȝ q̄dā.de le.ſ.⁊ in.d.l.q̄ filiabus.

d ¶Oppo.no.ꝙ adiri nō pōt hereditas vltimo vite ſpū.adde bal.i.l.ſi.in pn̄.in vl.colū.de bo.q̄ li.⁊ imo.in.l.ſi.ſ.de cōdi.inſti.

e And.Po.¶Si cui.⁊ vide plene bar.in.l.fideic.§.ſi q̄s.x.ſ.de le.iij.ang.i.l.ſi finita.d̄ dāno infe.

intelligitur. ⁊ non quoties oppoꝛtunũ
a fuerit vt ibi dicitur[a] quod no.

## Si quis ſub cõditio

b ne legatum.[b] Si vna actio in alteri⁹ locum ſuccedit eius naturã aſſumit. hoc dicit iſte. §.

1 ☞ Uſufructus pecunie ſi relinqui tur dominium ipſius non trãſit incõ tinenti.

Libellus quando petitur vſufruct⁹ certarum rerum qualiter concipiat.

2 In caſu huius. §. quando legatario ⁊ quando heredi ſit cauendum.

3 Legatarius partis conditione pendẽ te an interim poſſideat totum.

Uſufructus citius accreſcit quam ꝓprietas.

4 Conditio indebiti quando detur contra tutum exceptione doli.

a ¶ Ut ibi di. ⁊ idem tz bart. per iſtũ text. in d. §. fina. ãt vtraq. i. l. ꝓperãdũ. de iudi.

b ¶ Si qs ſub conditione legatũ. vid bar to. in. l. non ſolũ. in pn. in. §. moꝛte de ope. no. nuntia.

Andreas Poma.

c ¶ Et ſic no. hic. vid Alex. in. l. j. in. ix. col. ff. de lega. j. ⁊ ibi ꝑ Arct. in. x. col.

## Si. x. que in arca.

Pꝛĩo loquitur quando pꝛopꝛietas ⁊ vſufructus legati ſunt pure. ſecũdo quando ſub conditione. Itẽ pꝛima diuidit in tres partes: qꝛ pꝛimo dicit quid poteſt petere quilibet ipſo iure. ſecundo inq̃tũ obſtat exceptio de equitate. tertio q̇d iuris quando pꝛopꝛietatẽ legatarius poſſidet. ſecunda ibi cum. x. tertia ibi: plane ſi. x. Itẽ ſecunda pars pꝛincipalis diuiditur in duas. pꝛimo quid iuris ſit pendente conditione. ſecundo quid iuris ſis exiſtente conditione. ſecunda ibi: ſed ſi omiſerit. ¶ Dicit hic ꝙ iſte legatarius debet decem petere, imo videtur quod quinq; tantum. nam quando relinquitur vſufructus pecunie ipſa pꝛopꝛietas debetur vſufructuario: vt. ſ. de vſufru. earum rerum que vſu conſumuntur. per totum titu. Si tranſit pꝛopꝛietas: ergo ſequitur ꝙ tanquã re coniũcti in eadẽ pꝛopꝛietate quilibet petat partem. vt. l. ſi pluribus. ſ. de le. j. ſʒ dic ipſo iure nõ tranſit pꝛopꝛietas ex teſtamẽto: quia non eſt legata: ſed quadã neceſſitate debet dari. ideo legatarius in quem trãſit dominiũ ipſo iure tũc põt tota x. petere: ⁊ ſic no. † hic[c] ꝙ ſi relinquit
1
c vſuſfr. pecunie ꝙ dominiũ pecunie nõ trãſit incõtinẽti. Tu dic qd legatario vſufructus debetur pꝛopꝛietas etiã vt in iſto. §. ibi ⁊ quinq; vſumfru. petiturum. conſtat. ⁊ ſic not. libellum qd petas fructũ illarũ rerũ nõ illas res. Uerumtamen crederẽ ꝙ vterq; libellus ꝓcederet tã iſte peto vſũmfructũ illarũ rerũ: qꝛ tunc impoꝛtat neceſſitatem quãdã pꝛopꝛietatis. idẽ ſi peterẽ iſta. x. vt vſumfr. ex eis percipiã: ⁊ etiã iſto caſu ꝓcederet libellus: vt. l. ſi tibi x. milia. ſ. de vſufruc. ea. re. que vſu cõſu. vbi videtur
2 hoc pꝛobari. Dicit hic † ꝙ caueť heredi. cõtra: imo vr ꝙ debet caueri nõ heredi ſed legatario pꝛopꝛietatis vt. l. ſi. ſi cui plus quã per. l. falc. ⁊ l. ſi tibi decẽ milia. ſ. de vſufr. ea. re. que vſu cõſu. Reſpon. qñ ip̃e legatarius poſſideret ſibiipſi eſſet cauendũ: vt hic. ij. rñ. idem ſi cõcurrerẽt heres ⁊ legatarius ⁊ quilibet vellit ſibi caueri: legatarius ꝑfert vt in ꝯſijs. aut heres tñ cõcurrit ⁊ legatarius non: tũc heredi tñ põt caueri: vt hic. ¶ Uenio ad ver. plane. ⁊ oppo. ꝙ ille q̃ nõ eſt grauatus nõ põt cõueniri vt. l. epiſtolã. in pnc. ſ. ti. ij. ſed legatari⁹ ꝓpꝛietatis nõ eſt grauatus: ergo ipſe conueniri nõ põt. Dicit glo. fallit: qꝛ hic eſt ſpecia
3 le. nam in effectu videtur grauatus. ¶ Uenio † ad ſequẽs reſponſum in ver. ſʒ ſi ſub cõditione. vbi dicit ꝙ interim poſſidet totũ. cõtra. l. ſi duobus. ⁊ l. plane. §. ſi cõiunctim. ſ. de leg. j. vbi legatari⁹ pendẽte cõditione nõ petit niſi partẽ. Rñd. ibi loquitur in legato ꝓpꝛietatis. hic vero loquit in legato vſuſfruct⁹. idez in. l. idẽ. §. ſi mihi. ſ. de vſufruc. accre. Et eſt ratio: qꝛ vſuſfruc. accreſcit citius q̃ pꝛopꝛietas: vt dixi in. §. ſi coniunctim. Sed dices hic eſt vn⁹ legatari⁹ ꝓpꝛietatis ⁊ ali⁹ vſuſfructus. ⁊ lʒ verũ ſit tñ coniunctio inter eos eſt in vſufructu non in ꝓpꝛietate: vt. l. ſi alij. ſ. de vſufru. lega. ⁊ l. inde neratius. §. j. ſ. de vſufru. accre. ¶ Dicitur hic ꝙ ſi eſt ignoꝛãs heres teneť actione in factũ. ꝯ. ſ. de vſuf. ea. re. que vſu cõſu. l. hoc ſenat⁹. §. j. Solu. vt gloſ. ⁊ hec bona eſſe põt. ¶ Dicitur hic in tertio rñſo huius. §. ꝙ heres hʒ actionem cõtra legatariũ quero quã q̇dã dicũt actionẽ ex teſtõ q̇dã dicunt ⁊ meli⁹ ꝯditionẽ indebiti. Sed ꝯ iſtud oppo.
4 † quõ habet cõditionẽ indebiti cum erat tutus exceptione doli: ⁊ ſic non repetit: vt. l. qui exceptione. ſ. de condi. inde. ſol. vt no. in. d. l. qui excep. vel melius in. l. qui ſe debere. ſ. de condi. ob cau.

## Si ad fiſcum.

Fiſcus eſt ſemper diues: et ideo non ſatiſdat. hoc dicit. ¶ Quero an ſaltem nuda cautione habeat pꝛomittere fiſcus. Dico ꝙ non: licet ſecus ſit in alia republica vt in ciuitate que nuda cautione debet pꝛomittere: vt. l. ſi qñ. j. eo. ⁊ ibi no. ⁊ bene.

## Qui minoꝛem.

Pꝛo ea parte qua alicui hereditas diminuit ipſo iure vel in effectu ſine culpa ſua liberatur ab obligatione que ex hac ſtipulatione deſcendit. h. d. ¶ Op. et videtur ꝙ heres non deberet exonerari: vt. l. cũ hereditas. in ſi. ſ. ad treb. ſol. ſpeciale eſt in iſta cautiõe que aſſumit ſibi vires actionis ex teſtamento: vt. ſ. eadẽ. l. §. ſi quis ſub conditione. Continua ergo. §. ſi ei qui.

1 ☞ Que ſit differentia inter contraria ⁊ diuerſa.

2 Et qualiter pꝛacticanda ſit hec lex.

## Ed ⁊ ipſi qui ſunt.

Quero que ſit differentia inter contraria ⁊ diuerſa. dic vt in gl. Extra glo. quero dicitur hic quod ipſis qui ſunt in poteſtate cauendum eſt. quero: quomodo ipſi ſeruo poterit caueri vt ſeruo acquiratur? Poſſum⁹ dicere pꝛobabiliter ꝙ ipſi ſeruo caueať ⁊ ſibi acquiratur actione ex hac ſtipulatione que habet naturam actionis ex teſtamento: vt. ſ. e. l. j. §. ſi quis ſub conditione. et ideo cauetur ei cui acquiriť actione ex teſtõ: alr̃s ſecus: vt. l. ſi filius. j. de ver. ob. ⁊ l. pe. j. de ſtip. ſeruo. Uel aliter ⁊ pꝛobabilr̃ cauetur dño ꝓ ſeruo ⁊ ipſi ſeruo in euẽtum cõditionis acquiritur qd eſt mirabile. ar. ꝓ hoc l. filiuſfa. §. diuus. in ſi. ſ. de leg. j. Dicitur hic eiſdẽ ꝑſonis ⁊c. ⁊ ſic ijdem fideiuſſoꝛes debẽt eſſe apd vtroſq;.
2 ¶ † Quero que erit pꝛactica? Dico quod quando examinantur fideiuſſoꝛes an ſint idonei vel non ad vnius petitionem: vt. l. arbitrio. qui ſatiſda. cog. ⁊ ille cui dʒ dari etiam citetur: ⁊ tunc cogitur illum accipere: vt arg. l. j. §. cum dicitur. ſ. ſi cui plus q̃. per legem falci. vel aliter pateť debet intereſſe pꝛo ſe ⁊ nomine filij.



## Nec ſi foꝛte.

Nota iſtum caſum qd quãtũcũq; pater ſit cõiuncta perſona ei non poteſt ſolui: vt dixi i. l. iij. ſ. ſol. matri.

1 ☞ Fundus ſi eſt venditus pꝛetio declarando arbitrio titij ſi vendens banniatur ⁊ bona publicẽtur titio poſtea declarante non tenet declaratio.

2 Hereditas ab omnibus repudiata non dicitur hereditas ſed bona vacantia.

## Poſtquam heres.

Iſta eſt tota notab. lex. et iſtud pꝛinci. eſt multũ notãdũ. ⁊ h. d. Si cõditio ſtipulationis exiſtat tpe quo non eſt perſona pꝛincipalis vere vel interpꝛetatiue ſtipulatio non committitur ⁊ fideiuſſoꝛes non tenẽtur. h. d. In textu ibi: neq; ius. i. hereditas que perſonam repꝛeſentat. ¶ Oppo. de. l. ſtichum aut pamphilum. circa finem pꝛin. j. de ſol. ⁊ l. ſi ſine herede. ſ. de admi. tut. ⁊ l. hactenus. ſ. de conſti. pe. Rñ. ibi loquitur in obligatione iam contracta perfecte que poteſt durare extincta perſona. hic vero loquimur in obligatione cõtrahenda. ¶ Sed cõtra iſtud oppo. j. e. l. ſi a te. So. ibi non erat perſona vere ſed ficte. ſ. hereditas q̃ repꝛeſentat perſonam. hic non eſt hereditas que repꝛeſentat perſonam. ⁊ habes glo. in. l. j. §. idem pomp. ſ. de po. que gl. declarat iſtd pꝛincipiũ. dixi in. l. fideiuſſoꝛ obligari. §. fin. j. de fideiuſſo. ¶ Quero dixi quod do
1 nec eſt hereditas poteſt obligari quero quid ſi aliq̇s eſt depoꝛtatus ⁊ bona ſunt publicata. vnde poſt depoꝛtationem extitit conditio obligationis: an fiſcus dicatur repꝛeſentare perſonam defuncti: adeo quod exiſtentia conditionis facit ſtipulationem committi? Et dico quod non: vt. l. quoties. in fine. j. de noua. Et
1 † conſului in quadam queſtione.[a] titi⁹ vendidit ſeio
a fundum pꝛetio conſtituendo arbitrio tertij. iſte vendens tanq̃ rebellis pꝛoditoꝛ fuit exbannitus ⁊ bona publicata ipſo exiſtente in rebellione arbitratoꝛ eſt arbitratus pꝛetium. Dixi quod iſta conditio exiſtens eo tempoꝛe quo declarauit ⁊ bona erant publicata
2 non valet. l. quoties. in ſi. j. de noua. ¶ † Dicitur hic qd hereditas iacens repꝛeſentat perſonam defuncti. ſed quero quid ſi eſt repudiata ab omnib⁹ nec agnati nec cognati volunt nec fiſcus an facta repudiatione ab omnibus dicatur eſſe hereditas. Et donec aliquis poteſt adire ſine dubio eſt hereditas: quia eſt ius ſuccedendi ⁊c. vt. l. hereditas. j. de verboꝛum ſig. ſed quando ab omnibus eſt repudiata. dico qd non dicitur hereditas. quia non eſt ius ſuccedendi in vniuerſum ius. ⁊ ideo non eſt hereditas: ſed bona vacãtia:[b] vt. l. j. §. an bona. ⁊ §. diu⁹. ⁊ l. non poſſunt. j. de iur. fiſ. ⁊ l. quarta. §. eadẽ j. de fideicom. lib.

1 ☞ Appellatione pendente ea poſſunt fieri que fieri poſſent pendẽte iudicio pꝛĩcipali intellige ſi fieri poſſunt per iudicem appellationis. nu. 2.

3 Differentia inter edictum et reſcriptum.

4 Sequeſter ꝓ re ſeq̃ſtrata qua actione conueniri poſſit.

## Imperatoꝛ Antoninus.

